len, aden, achē fœmi. vero sunt syren, pliren, & vrbis nomen troezen. ¶ Nomen in on. quod nomina in on omnia sunt græca & generis masculini, vt hic canon, dæmon, daphnon, platanon, lacon, cuius fœmininum est lacæna. Pauca tamen dicit esse generis fœminini. vt sindon, mecon. vrbium vero complura sunt, vt ba bylon pleuron, calydon, sed illa ad regulam genera- lem referuntur. Sed cum nomina in on. aut sint tertiæ aut secundæ declinationis regula superior tradita est de nominibus tertiæ. nam secundæ declinationis neu tra sunt, vt hoc xylon, barbitō, diapason, diateslarō. ¶ Nomen in ar, quod nomina in ar. finita gen. sunt neutri, vt hoc puluinar, torcular, cochlear. Sed par cū suis compositis ex ratione significationis cōmune est trium generum. vt cōpar, dispar, separ, ¶ Er finita. qd nomina terminata in er. siue illa sint secundæ aut ter tiæ declina. gen. sunt mas. vt hic puer, magister, anser passer. Excipiuntur gene. neu. spinter, &c. Et linther quod est gene. fœmi. quod significat cū dicit, Linther cū matre: ac si dicat, quod est eiusdē generis. cuius est mater, rōne significationis. Cōc est pauper. q. 4. nomi na quæ hic explicantur sunt cōmunia du. ge. in rectis. in obli. vero triū. vber enim p fertilis est accipiēdum hoc in loco: supra vero pro vbertate accepit.

Ir maribus iunges, hir, gadir, sint tibi neutra.  
 Mascula sunt & in or muliebris ponitur arbor.  
 Neutra dabis tātū cor, ador, cūq; q̄re marmor  
 Collatiua duplex retinēt genus & memor autor,  
 Et quod componit corpusq; colorq; decusq;.  
 ¶ Ir maribus. quod nomina in ir. generis sunt mas. vt hic vir, leuir, martyr. Excipiuntur vero duo generis neu. hir indeclinabile pro vola manus. & gadir pro vrbe Hispaniæ, quæ rōne significationis debuit esse gene. fœmi. ¶ Mascula sunt. q. nomina in or. gene. sunt mas. vt hic amor, color, lector. Excipitur vnū ge. fœmi. & arbor. Nā soror & vxor ad genus significa  
tionis

## LIBER II.

fionis referenda sunt. Neutra vero sunt quatuor: cor,  
ador, æquor, marmor. Noīa vero cōparatiua duorum  
generū sunt cōmunia sub hac terminatiōe, nā sub alte  
ra terminatione neutra sunt, vt hic & hæc breuior &  
hoc breuius. Quibus duo iunguntur, memor & autor.  
¶ Collatiua. posuit collatiua pro comparatiua, nā con  
ferre est comparare. Et quod componit, quod nomi  
na cōposita à corpore, vt hic & hæc bicorpor, tricolor  
por: & à colore, vt hic & hæc bicolor, tricolor: & à  
decore, ab eo quod est decus decoris, vt indecor, de  
decor, communia sunt duorum generum.

Vr neutrale dabis, sed mascula sint tibi quinq;  
Turtur auis, piscis, uultur, satur, astur & anxur,  
Cōmunis generis tria sunt, fur lygur & augur.  
Femineum pones quod in as finitur, vt æstas.  
Sed iunges maribus, as assis, vas vadis & mas.  
Neutra tamen dices, vas uasis, fasq; nefasq;  
Sit commune trium nomen gentile, dabuntur  
Partim fœminea tibi, partim mascula Græca.  
Esto nomen in es muliebre: uirilia funto,  
Limes, pes, fomes, termes, cū palmite trames,  
Et gorges, merges, uerres, cū poblite magnes,  
Et paries, aries, stipes, cespésque satelles.

¶ Vr neutrale. quod nomina in ur desinentia generis  
sunt neutri, vt hoc fulgur, iecur, femur. Masculina ve  
ro sunt quinq;: turtur pro aue, nā quod à Græcis dici  
tur trygon, p̄ aue siue pro pisce apud latinos. pro aue  
turtur pro pisce pastinaca interpretari debet. uultur  
& vnū secūdx declinationis satur saturi, astur asturis  
anxur anxuris. Cōia præterea duorū generū sunt tria  
hic & hæc fur furis, lygur lyguris, augur auguris, quā  
quām augur cū nomen est dignitaris apud Romanos  
generis est tantū masculini. ¶ Femineū pon. quod

## DE NOMIN. GENERE.

nomina in as desinentia quae sunt tertiae declinationis, generis sunt foeminiini: ut haec aetas, pietas, bonitas, veritas, nam quae per primam declinantur, propria sunt virorum, atque proinde masculina, ut Aeneas Aeneae, Hieremias Hieremiae. Esaias Esaiam. Excipiuntur a regula generis masculini assis, vas vadis, mas maris. Tria quoque neutra: vas vasis, fas & ab eo compositum nefas. Communia vero trium generum sunt nomina gentilia: hoc est a nominibus urbium deriuata. Ut ab arpino arpinas, a cassino cassinas, a ceseno cesenas. Dabuntur quod nomina Graeca partim sunt generis masculini, ut hic arcas, gigas, elephas. quaedam foeminiina, ut monas manadis, lampas, dryas. Esto nomen in es. quod nomina desinentia in es sunt foeminiini generis, ut haec vulpes, proles, seges. Et nomina quintae declinationis, ut res, spes, progenies. Excipiuntur vero generis masculini quae hic explicantur.

Atque dies mediusque dies pro tempore certo. Et graecum primae, vel quod dat tertia nomen. Sed communia sunt: miles, comes atque superstes, Antistes, cocles, diues, cumque hospite sospes, Et pedes interpreseques indiges heres hebesque, Et teres, & praepes, locuples, & perpes, & ales, Inquies & uates, quod format pes sedeoque. Est quoque nomen in is muliebre, sed esto uirile: Corbis & aedilis, fascis quoque, piscis & axis, Et collis, vermis, & callis, follis & ensis. Mensis cum uecti, postis, glis, fustis & anguis. Et torris, caulis: lapis, unguis, torquis, & orbis, Et sanguis, cucumis, iunges cum uomere puluis. Quaeque silent alij lybis, atque canalis, aqualis. Et quibus n. praetis, & quod componis ab asse.

¶ *Ar* dies, quod hoc nomen dies cum accipitur pro tempore

LIBER II

certo generis est mascul. hoc est , pro die naturali siue artificiali. Nam pro tempore similiter generis est foemini. Vt longa dies homini docuit parere leones. Mediusq; dies, id est meridies, quod generis est masc. sicut & dies cum accipitur pro vna solis latione. ¶ Et graecum primæ. quod nomina graeca primæ declinationis atq; etiam tertiæ, generis sunt masculini: vt hic Scytes Scytæ, hic priamides priamidæ, hic canonistes canonistæ, hic lebes lebetis, hic tapes tapetis. Apud Graecos tamen nonnulla reperiuntur tertiæ declinationis generis foeminini, alia vero neutri: quæ quidem raro reperiuntur, sed primæ declinationis omnia sunt masculina etiam apud illos. Sed cõmunia duorum generum sunt hæc ferè quæ in lectione explicantur: hic & hæc miles & c. Quod format. q. nomina composita à pede & à sedeo sedes, duorum generũ sunt cõmunia, vt hic & hæc bipes, tripes, alipes: hic & hæc obses, resses, defes. ¶ Est quoq; nomen in is. q. nomina desinentia in is sunt generis foeminini, vt hæc clauis, nauis turris, classis, masculini vero generis sunt vndetriginta, q̄ hic explicantur. ¶ Et quibus n. quod in is terminata, quæ habent n. ante is, sunt etiam masculini, vt hic panis, cinis ignis. Et composita ab asse, vt bessis, tressis decussis, vigessis, centussis.

Adiectiua dabis communia, iunge tricuspis.  
 Samnis, dis, iuuenis, ciuis, testis, canis, hostis.  
 Nomẽ in os dabitur maribus, sed femineis sunt  
 Hæc addēda duo: dos, cos. Neutris epos, argos  
 Et chaos atq; melos, iunges os oris & ossis.  
 Est commune duumbos, custos atq; sacerdos,  
 Et quæ cõponũt potis & pote, cõpos & impos.

¶ Adiectiua dabis. quod nomina adiectiua desinentia in is sub hac terminatione duorũ generũ cõia sunt. vt hic & hæc nobilis, breuis, fortis, debilis, Tricul. quo

## DE NOMIN. GENERE.

que eiusdem generis est, hoc est, communis duorū. at que etiam neutris iungi potest, vt apud Ouidium prima Metam. Positoq; tricuspide telo Mulcet aquas rector pelagi. Communia præterea duorum generum sunt: Samnis &c. & quæ hic ponuntur. ¶ Nomen in os quod nomina desinentia in os generis sunt masculini, vt hic mos, ros, flos, colos, rhinoceros, monoceros. Excipiuntur duo generis fœminini: hæc dos, cos. Et sex nomina quæ hic ponuntur generis neutri: hoc epos &c. Est commune, quod tria reperiuntur communia duorum generum: hic & hæc bos, custos, sacerdos & duo composita ab hoc nomine hic & hæc potis & hoc pote. Ea sunt: hic & hæc compos & impos.

Vs declinatum. per quartam siue secundam Dic maribus iunctū, sed fœmineis referantur: Alu<sup>o</sup>, hum<sup>o</sup>, vann<sup>o</sup>, ficus, dom<sup>o</sup>, & colus adde, Portic<sup>o</sup> atq; tribus, superaddis acusq; manusq; Et quæ uertentes permutant Græca Latinis, Hoc plerūq; gradu maribus quādoq; repones. Hæc tria neutra facis: virus, vulgus, pelagusq;. Tertia quod uoimē declinat, dicito neutrum, Sed duo mascula sūt: lepus & mus. iūgitur illis, Pus podos (hoc est, pes) & quæ cōponis ab illo.

¶ Vs declinatum, quod nomina desinentia in us quæ declinantur per secundam aut quartam declinationē generis sunt masculini, vt hic dominus domini, seruus serui, agnus agni, sensus sensus, auditus auditus, visus visus. Fœminini generis sunt tria secundæ declinationis: hæc aluus alui, humus lumi, vannus vanni. Tria quoque secundæ & quartæ: hæc ficus fici vel ficus, domus domi vel domus, colus coli vel colus. Et quartæ declinationis: hæc porticus porticus, tribus tribus, acus acus, manus manus. ¶ Et q̄ uertētes, q̄ nomina, quæ in us desinentia q̄ apud illos in os terminantur,



## LIBER II.

tur, & os mutata in us, Latine inflectuntur, generis quoq; sunt fœminini sicut apud Græcos erant fœmini na: vt hæc crystallos u. crystallus crystalli, papyrus papyru, papyrus papyri, aliquando tamen sequuntur genus Latinae terminationis, hoc est, masculini: vt crystallus crystalli, papyrus papyri, Ordo est: Tu repones in hoc gradu, id est, inter fœminina illa nomina quæ vertentes, .i. interpretes ex Græco sermone in Latinâ permutant. .i. interpretantur Græca Latinis. & quâdoq; repones illa maribus. .i. mascul. ¶ Hęc tria. q. tria nomina secūde declinatiōis reperiuntur gñis neu. hoc virus viri, vulgus vulgi, pelagus pelagi, Reperitur etiam vulgus generis masculi. vt apud Vergiliū. 2. Aenei. Et spargere voces in vulgum ambiguas.

¶ Tertia quod nomen. quod nomina tertie declinationis generis sunt neutri, & sunt illa quæ mittunt genitiuū in oris, vel in eris, vt hoc tempus temporis, corpus corporis, stercus stercoris, sidus sideris, fœdus fœderis, vulnus vulneris. Excipiuntur duo generis masculini, lepus, leporis, hic mus muris, & vnum nomen Græcum in us. desinens quod est pus podos, quod interpretatur pes pedis cum suis compositis, vt hic tripus tripodis, decapus decapodis, chitrapus podis, laga pus, podis, dasipus podis.

Fœminei generis sunt uirtus atq; iuuentus;  
Et palus atq; salus, & quod dat seruiō nomen,  
Atq; pecus pecudis, incus, subscusq; senectus,  
Sint coniuncta tribus, uetus, intercusq; duobus  
Sint cōiuncta tibi tria tantū sus, ligus, & grus.  
Masculus est hic p̄s, sed neutrum dicitur hoc es  
Et duo fœminea laus laudis, fraus quoq; fraudis  
S. muliebri datur, si consona iungitur illi.

Attamē esto mas, fons, dēs, p̄s, tabificus seps.  
Et cū mōte calybs & arabs, polysyllaba iunges  
In quibus ante uenit. p. littera. q. p̄bath

## DE NOMIN. GENERE.

Fœminini quoque generis excipiuntur nouem, virtus virtutis, iuuentus iuuentutis, palus paludis, salus salutis. Et nomen verbale ab eo quod est seruius seruis, ut seruitus seruitutis, pecus pecudis pro vna quadrupede. Nam hoc pecus pecoris, gregem potius (hoc est totum pecuarium) significat. Incus incudis, subscus subscudis, senectus senectutis. ¶ Sint coniuncta. duo nomina reperiuntur cōmunia trium generum, verus veteris, intercus intercutis. Vnde est aqua intercus, & morbus intercus. Gellius decimo octauo. liberatum inquit se esse a iuxta intercutis morbo. Idem libro vndecimo, intercutibus ipsi vitibus madentes, sicut Cato dicit intercutibus stupris inquinatus. ¶ Duobus, quod tria sunt nomina duorum generum hic & hæc sus, ligus grus. ¶ Masculus. quod in æs. diphthongon duo reperiuntur, vnum generis masculini, hic præ prædis alterum generis neutri, hoc æs æris. Duo quoque in aus diphthongon desinentia: hæc laus laudis, fraus fraudis. ¶ S muliebre. quod nomina in s desinentia habentes consonantem ante s, generis sunt fœminini: ut hæc plebs, serobs, liyems, gens, mens, daps, seps, pro septimento, stirps. Masculina vero sunt quæ explicantur. Quod vero dicit tabificus seps, ex Lucano sumptum est, qui libro nono scribit: Ossatq; dissoluens cum corpore tabificus seps. Est autem serpens ex genere centipedum. Masculini quoque generis sunt nomina polysyllaba libentia p ante s finalem: ut hic hidrops, cyclops, monops, merops.

Et partes assis, Tamen est commune duorum  
 Celebs & princeps, infāsque bisrōsque parēsque,  
 Adiectiua tribus iungunt sua significata  
 Neutrū pone caput, git, sinciput, occipit & frit  
 Si monosyllaba sunt & in x finita, referto  
 Fœmineo gñi sed thrax phryx mascula rex grex  
 Et c<sup>l</sup>x cū pedis est, nā calx hæc strigit arenā,

LIBER II

Ad duo dux faciens cōmune, huic adijce cōiūx  
 Sunt polysyllaba in ax tibi tātū mascula thorax  
 Nicticorax, limax, dropax, cū stōrace abaxq;.  
 Et duo fœminea tibi sunt, cum smilace fornax.

¶ Et partes assis. Generis præterea masculini sunt partes assis, id est, libræ siue solidi, quod in duodecim vncias, hoc est, partes diuidi potest: quæ aliquoties sumptæ reddunt suum totum: vt hic deus, dempta vncia, quæ est pars duodecima, decuns & dextans, dempta sextante qui est sexta pars, dodrās, dempto quadrante qui est tertia pars, & eodem modo triens, quadrās, quicuns. Tamen est commune, quod quinq; nomina q̄ hic ponuntur sunt communia duorum generum: hic & hæc celebs, & cætera. ¶ Adiectiua tribus, quod nomina adiectiua in s desinentia quæ habent consonantem ante s communia sunt trium generum: vt hic & hæc & hoc inops, particeps, prudens, sapiens. ¶ Neutrum pone caput, quod nomina in t desinentia quinq; reperiuntur, & generis sunt neutri. ¶ Si monosyllaba, quod nomina monosyllaba in x desinentia generis sunt fœminini: vt hæc pax, nix, nox, uux. Excipiuntur generis masculini quinq;: trax & c. Calx stringit arenam. nam ex vtraq; fit intrita. Deinde dicit quod cōmunia duorum generum reperiuntur duo hic & hæc dux, cui additur coniunx ex nominibus polysyllabis. ¶ Sunt polysyllaba, quod nomina plurium syllabarum in ax desinentia generis masculini reperiuntur sex: hic thorax & c. Et duo fœminina: smilax smilacis, fornax fornacis.

Ex finita tibi sunt mascula. Fœminea halex.  
 Et forpex, vibex, carex, imbrexq; suspellex.  
 Quod nomē fit in x muliebri est, excipe fornix  
 Aq; cylix, phœnix, & onyx, mastix & iax.

## DE NOMIN. GNERE.

Atq; calix & oryx, natrixq; calixq; uaryxq;  
 Quę datur maribus: uoluoq; quoq; iugitur illis.  
 Fœmineis addes solox, celoxq;, phalanxq;,  
 Syrinx & meniux, & iynx: sed mascula sunt  
 Tominx tomicos spelyuxq; pharixq; larynxq;

¶ Ex finita, q; noia desinentia in ex, generis sunt masculini: vt hic pollex, index, iudex, duplex. Excipiuntur sex generis fœminini, halex, &c. ¶ Quod nomen, q; nomina in ix desinentia generis sunt fœminini: vt hæc perdix, coturnix, sandix, amatrix. Excipiuntur generis masculini vndecim, hic fornix &c. ¶ Voluoq;, q; in ox, vnũ reperitur generis masculini: hic voluoq; ocis. & gene. fœminini duo: solox & celox. Phalanxq; superioribus adiungit quædam nomina Græca, quæ sunt in vsu apud Latinos. quatuor generis sunt fœminini, phalanx legio Macedonica, Iuue. Iunctaq; vmbone phalanges, Sirynx siryngis fistula à nymphea in calamum palustrẽ conuersa. Ouid. 2. Metamor. Nympheæ sirynga vocabant. Menynx menyngis pro panniculo celebri, quo verbo vtuntur medici, nam pro insula Aegypti ex significatiõe generali generis quoq; est fœminini. ¶ Iynx gis, auicula, quæ Latinè dicitur Torquilla siue Turbo, de qua Aristot. lib. de animalib. Generis quoq; masculini ponit quatuor: tominx tomicos, quam nos appellamus tomicen, spelynx spelyngos, quod interpretatur spelunca, pharynx pharyngos pro fauce gutturis, & larynx pro ipso gutture, quas Galeni interpres pharynga & larynga appellat.

### ¶ De genere dubio.

**A**mbigui generis tibi tradunt pauca poetę.  
 Cũ talpa, dama, cardo, panthera cupido,  
 Et nubo, bubo, finis, cum puluere, clunis,

E 5 Torquis

Torquis, stirps & adēps cum scrobe, specusq;

penusq;

Cortex atq; silex cum pumice, lynxq; latexq;

Et nomen lapidis, quod gignit lardus onyxq;

¶ De nominibus masculinis quæ ex diuersis terminationibus mittuntur feminina in .a. vel in .tis.

Draco dracena, Leo leena vel lea, Caupo pona, Fullon fullona, Lacon lacena, Fidicen fidicina, Lyricen lyricina, Cornicen cornicina, Oscan oscina, Flamē flamina, Astur asturica, Sābucistes sambucistra, Cytharistes cytharistria, Cymbalistes cymbalistrina, Siricen siticina, Tubicen tubicina, Tibicen tibicina, Poëtes poëtis, Schytes schytis, Sarmates sarmatis, Magnes magnetis vel nesa, Cres cretis vel cressa, Moabita moabitis, Amonita amonitis, Psaltes psaltria. Nepos neptis, Heros heroina, Tympanistes tympanistria, Prophetes prophetis, Lybis lybissa, Arabs arabissa, Chalybs chalybissa, Aethiops pissis, Thrax thraissa, Cilix cilissa, Phœnix nissa, Phryx phrygia, Rex regina.

¶ Quædam sunt nomina quæ tametsi communia duorum generum reperiuntur, habent tamen aliam propriam terminationem generi feminini, ut hospes hospita, sospes sospita, sacerdos sacerdotissa, custos custodia, antistes antistia.

¶ De genere dubio.

Genus dubium est quoties aliquod nomen ex frequenti usu & regula artis grammaticæ est certalicuius generis, Poëta tamen autoritate sua proferunt sub alio genere: ut hic & hæc talpa, cum ex regula de genere nominum sit femini. Verg. i. Geor. Capri fodere cubilia talpæ, dixit. & eodē modo de reliquis.

¶ De nominibus. &c. Ex regulis superius traditis de genere nominum ex ratione significationis posset suboriri dubitatio quædam in nominibus quibusdam, quæ ratione terminationis & significationis posset competere maribus & feminis, sed quia terminantur



## DE NOMIN. GENERE.

habent propriam terminationem, terminatio illa que videbatur posse competere maribus & fœminis relinquatur sub genere tantum masculino. Esto exēpli causa draco draconis, ratione terminationis potuit esse commune duorum generum neq; repugnabit significatio, cum illa in specie mares & fœminę repertiãtur, sicut igitur dicimus hic & hæc homo pro viro & muliere, ita possemus dicere hic & hæc draco pro masculino quoq; & fœminino, sed quia fœmina in illa specie habet propriam terminationem in .a. hoc est, dracæna, relinquatur altera terminatio in .o. sub genere tantum masculino. hic draco . & eodem modo leo læna & quę sequuntur. Deinde subdit quędam nomina que tametsi sub vna terminatione reperiuntur masc. & fœmini, nihilominus habent propriam terminationem. vt hic & hæc sospes, hæc in sospita, &c.

### De nominum declinatione. Cap. II.

**N**E sit opus toties eadē præcepta resumere. Accipe quę teneas in nominib<sup>9</sup> variãdis Cõpositi formam simplex & compositium Simplicis obseruat, exanguis dat tibi sanguis. A pede sit vulpes & apes, nec regula seruit, Impubis dat eris, sed pubes dat tibi pubis, Est requies quintæ declinat tertia simplex.

**N**E sit opus. Proponit quasdã regulas omnibus quinq; declinationibus communes, & cur id faciat, addit causam: dicens ne oporteat eandem causam iterare. ¶ Compositi formam. Hęc regula plerunque seruit in declinatione nominis & coniugatione verbi, nam si compertum mihi sit quod celtiber facit in genitiuo celtiberi ex proportione possum scire, quod iber ex quo componitur facit in genitiuo iberi, atque econtrario, si exploratum haberet quod iber facit iberi, ex proportione possum

## LIBER II.

sum scire quod celtiber facit celtiberi: sed hæc regula non vsquequaq; vera est. nam sanguis facit in genituo sanguinis: ab eo tamen compositum exanguis nõ facit exanguinis, sed exanguis. Præterea Pes facit in genituo pedis, vulpes tamen & apes quæ ab eo componuntur, non vulpedis nec apedis, sed vulpis & apis faciunt, cum apis accipitur pro bestiola illa mellifica, nam apes apedis pro auicula de pede accipitur. A pubes quoq; cõponitur impubis quod format impuberis. Vergil. tamẽ regulam secutus, impubis Iuli, dixit. Quies etiam in genituo facit quietis, compositum tamen ab eo requies facit requiei, per quintam declinationem.

Quartus cum quinto semper recto simulantur  
In neutris, sed in a pluralem ponis vbiq;.

Estq; vocatiuus recto similis prope semper,  
Præterquàm quintæ, pluralibus in genitiuis.

Syllaba nonnunquam colliditur u capit ales.

Tertius & sextus plurales assimulantur.

¶ De prima nominis declinatione.

**C**um sint quinque puer declinãdi tibi forme.  
Quas unus variis ex rectis dat genitiuus.  
Prima sit in as, es, sed Græcis aq; latina.

¶ Quartus cum quinto. q. nomina neutra habent tres casus similes, tam in singulari q̄ in plurali: hoc, est nominatiuum, accusatiuum & vocatiuum, & in plurali semper terminantur in a, quod cõringit in secunda & tertia & quarta declinatione: nam primæ & quintæ nullum est neutrum, vt hoc templum, accusatiuo templum, vocatiuo ô templû: hæc templa, accusatiuo templa, vocatiuo ô templa. ¶ Estq; vocatiuus. quod vocatiuus tam singularis q̄ pluralis cuiuscunq; declinationis est similis nominatiuo vtriusq; numeri. q. vero dicit prope semper, propter vocatiuum singularẽ secundæ declinationis dictũ est, de quo suo loco di. mus.

Præterq; im

## DE NOMIN. DECLINAT.

Præterquam quintæ . quod genitiuus pluralis omniũ declinationum, præter q̄ quintæ, patitur abscissionem vnus syllabæ: vt Aeneadæ Aeneadarum, & per abscissionem Aeneadũm: & sic dicimus virũm pro viorum, ciuitatũm pro ciuitatium, passũm pro passuum. ¶ Tertius & sextus, satis liquet.

### ¶ De prima nominis declinatione.

**C**um sint quinque, q̄ quinque sunt nominum declinationes, qui numerus colligitur ex genitiui diuersitate: nam prima mittit genitiuũ in æ diphthongon, secunda, in i, tertia, in is, quarta, in us, quinta, in ei. Prima igitur declinatio terminationes habet nominatiui tres, as, es, a: sed as & es, in nominibus tantum græcis masculinis: vt Aeneas, birrihas, anchises, priamides. In a, vero tam Græcorum q̄ latinorum generis sunt masculini vel fœminini: vel communis duorum, vt hic lixa, hæc musa, hic & hæc aduena. Quod vero dicit, atq̄ latina: subiintelligẽdum est atq̄ etiã græca.

Est genitiuus in .æ. diphthongon. Sed tamẽ ai  
Dat tibi nõnunquã, dat & as, sed id quoq; raro.  
Octo trium generũ sunt nomina, dāt & in ius.  
Pone datiuus. æ. diphthongon. Sed genitiuus  
Cum tibi fiet in .us. us rapta pone datiuum.  
Omnibus ex rectis finitur in .am. tibi quartus.  
Atq; vocatiuus sit in .a. cui iungito sextum.  
Rectus pluralis fit in .æ. Genitiuus in .arum.

¶ Est genitiuus. q̄d genitiuus à quacunq; illarũ trium terminationum æquisyllabice in æ, diphthongon terminatur: vt by rrihas æ, æneas ç, anchises, sc̄. Reperiuntur tamen aliquãdo terminari in ai, vt aula aulai, & aura aurai, & picta pictai. apud Vergiliũ & Lucretium terrai, frugiferai, militiai. Apud antiquiores quoque p̄terea inuenitur in as, vt apud Plautũ alcemenas

## LIBER II.

nas pro alcmenæ. & apud Liuium Andronicum, escas pro escæ. & apud Niuium terras pro terræ, sed ex hac terminatione tantum est in usu familias pro familiæ. Deinde subdit: quod octo nomina quæ declinâtur per secundam declinationem pronominis mittunt genitiû in ius, ea sunt vnus vnus, vllus vllius, nullus nullius, solus solius, totus totius, vter vtrius, alter alterius, alius alius, ¶ Post datiuus. æ. diphthongon. quod datiuus à quacunq; nominatiui terminatione terminatur in. ç. quonq; diphthongon. vt, æneas æneæ, anchises anchisæ, musa musæ. Sed ab illis octo nominibus in vs mittentibus genitiuum: formatur datiuus ablata. vs. vnus vni. vllius vlli. ¶ Omnibus ex rectis, quod accusatiuus à quacunq; terminatione nominatiui desinit in. am. vt æneas æneam, anchises anchisam, musam. ¶ Atq; vocat. q. vocatiuus à qualibet terminatione nominatiui terminatur in. a. vt çneas o çneas. anchises o anchisa musa o musa, cui ablatiuus similis est in terminatione, sed nõ in quantitate: quia vltima in ablatiuo producitur, in vocatiuo breuiatur. ¶ Rectus plur. q. nominatiuus pluralis terminatur in ç. diphthogon, vt musæ. ¶ Genitiuus in. arum. quod genitiuus pluralis in arum, terminatur, vt musæ arum, terræ arum

Atque datiuus in is finitur, pauca tamen sunt,  
 Quæ faciunt abus, velut est equa, filia, nate,  
 Mula, dea, liberta, ambabus iunge duabus,  
 Accusatiui plurales as tibi mittunt,

¶ Atque datiuus in is. quod datiuus pluralis in is terminatur, vt musæ musis, excipiuntur pauca mittentia datiuum, atque ex consequenti ablatiuum in abus: idque tantum differentie causa & quæ illa sint, statim subdit equa abus, filia abus, nata abus, mula abus, dea abus, liberta abus, ambæ abus, duæ abus, & aliqui ex iunioribus dixerunt animæ abus, famule abus, quod si nulla sit ambiguitas de quo sexu loquamur, an. lomi

## DE GENERE NOMINVM

nus regulari declinatione vtemur: vt si dixeris ego lego cētenos aureos duabus filijs meis maioribus. Nam dubitatio nulla est de quo sexu loqueris ex eo quod adiectiuū tantū est duabus: nam si dixisses lego centenos aureos filijs meis maioribus: poterat venire in dubitationem de masculis an de fœminis sis locutus: quare nō sufficēter Valla probauit autoritate Cicero, animam non potuisse mittere datiuum pluralem in abus, quia scribens ad vxorem & filiam dixit duabus animis suis: nam per id quod dixit duabus: sublata est omnis ambiguitas: an animis sit ab anima, an ab animo. ¶ Accusatiui plurales, quod accusatiuus pluralis in, as, terminatur, vt musæ, musas.

### ¶ De secunda nominis declinatione.

**A**Ltera dat rectis tibi sex, er, ir, vr vel vs, aut, um,  
Atq; eus diphthōgon, sed & hanc tātummodo Græcis.

Fit genitiuus in. i. sed rectum non superabit.  
Excipias gibber, lacer, & socr, asper, adulter, p̄spiter atq; liger, miser & gener, & tener ad dis  
Et prosper, dexter, puer, & quod sit tibi nomē  
A gero siue fero, vir, treuir, iunge saturque.  
Liber bacchus, & ingenuus, cui iungis iberum

**A**Ltera. Sequitur secunda declinatio: dicitq; illā habere nominatiui singularis terminationes sex Er. vt puer. Ir. vt vir. Vr. ut satur. Vs. vt deus. Vm. vt templum. eus. diphthougon, vt p̄theus. sed hanc tantum in nominibus græcis: cum ad declinationem latinam trahantur: sub illa nāq; terminatione relatiua secunda declinatione inlectuntur, & hæc est causa



## LIBER II.

causa quare nomina græca in .os. vel in .on. non declinantur per secundam nostram declinationem: quia illæ terminationes mere græcæ sunt. Itaq; pro eo quod illi dicunt abydos abydu: nos dicimus abydu di. Illi symbolon lu. nos symbolum. li. ¶ Fit genitiuus, quod genitiuus à quacūque nominatiui terminatione terminatur in i. Sed quia aliquando parium est syllabarū aliquando crescit vna syllaba: dicit quod generaliter est in syllabis equalis suo nominatiuo, vt templū tēpli, dominus domini. Deinde ponit exceptionem illorum quæ crescunt vna syllaba: ea sunt gibber gibberi, lacer laceri, focer foceri, asper asperi, quod per syncopam facit aspri. Verg. ij. Aene. Improuisum aspris veluti qui sentibus anguen Pressit. adulter adulteri, presbyter presbyteri, liger ligeri, miser miseri, gener generi, tener teneri, prosper prosperi, dexter dexteri, quod per abscissionem facit dextri, puer pueri, Et cōposita à Gero geris, & fero, fers, vt armiger armigeri, armifer armiferi, vir viri, treuir treuiri, satur saturi, liber liberi, pro ingenuo & baccho: nam pro cortice & pro codice libri facit.

Sed diphthōgus in .eus. ei. dat vel. i. genitiuo.  
Atque datiuus in. o. dabitur. Cui iūgito sextū.  
Accusatiuo. um. dat declinatio nostra.

Vs. recti mutans in .e. casum pone vocandi.

Sed dices filii fluuius, deus, atque latinus.

Si tamen est propriū per. ius. tūc. us. rapiatur.

Rectus pluralis fit in. i. Genitiuus in. orum.

Atque datiuus in. is. sed dat tibi dii deus & dijs.

Accusatiui plurales. os. tibi mittunt

Nominibus neutris in. a. vertitur. i. genitiui.

¶ In .eus. vero diphthōgō desinentia, triplicem habet genitiuum in ei diphthongen & ei solutas & in eos vt Pentheus penthei dissyllabos & pentlei trissyllabos, &

## DE NOMIN. DECLINAT.

& pentheos: sed à Latinis per.ei. coniuuctas siue solutas profertur, à Græcis per.eos. ¶ Atq; deus, quod datiuus in o. terminatur, cui assimilatur ablatiuus: formatúrque à genitiuo .i. mutata in o. vt templi tēplo, domini domino. ¶ Accusatiuo. quod accusatiuus in um terminatur, .i. genitiui mutata in um, vt templi templum, domini dominum, pueri puetum. ¶ Vs rekti mutans in.e. quod vocatiuus secundæ declinationis à nominibus in nominatiuo terminatis in. us, formatur. us, mutata in.e. vt hic dñs ò domiue, hic bonus ò bone. Excipitur filius, quod in vocatiuo facit ò fili, & non filie, hic fluuius, quod quanquam ò fluuie debuit facere. Virgilius tamen octauo Aeneidos. dicit: Corniger hesperidum fluuius regnator aquarum, deus ò deus, latinus ò latinus. Vergilius, Socer arma latinus habero. ¶ Quod si nomen sit proprium in ius. terminatum, vocatiuus ablata.us, desinit in .i. vt Antonius ò antoni. Vergilius ò vergili. Laurētius ò Laurenti, dionysius ò dionysi. ¶ Rectus pluralis. quod nominatiuus pluralis terminatur in .i. vt hi domini, hi boni. ¶ Genitiuus in orum. quod genitiuus terminatur in orum. vt dominorum, bonorum. Atque datiuus, quod datiuus terminatur in .is. vt dominis, bonis. Sed hoc nomen deus in plurali duplices habet nominatiui & datiui terminationes dei vel dij, deis vel dijs, sed dij & dijs per synæresim vnifyllabice proferruntur. ¶ Nominibus neutris. Quod si genitiuus in nominibus neutris in i. duplici desinit: nominatiuus accusatiuus & vocatiuus plurales in a. purum .i. vocali præcedenti desinunt, vt hoc augurium augurij, hæc auguria, si vero in vnico i. desinit: neutra pluralia in a. mixtum cum consonante desinunt, vt hoc templum templi, templa, scānum, scamni, scamna, limitatur regula illa. Quartus cum quinto.

### De tertia nominis declinatione.

F

Tertia

**T**ertia diuersos dat declinatio fines,  
 Et quanq̄ uarie, tamen exit in is. genitiu<sup>9</sup>.  
 Ex a. ponit atis. Ex e. facit is. genitiuus.  
 Onis. ab o. fiet. Per inis. nonnulla dabuntur.  
 Cardo, ordo, turboq; hō, nemo, iūgis apollo.  
 Et quod fēminei generis datur, in do uel in go.  
 Vnedo dat onis. seu pomum siue sit arbos.  
 Ast anio & nerio dant enis. dat caro carnis.

¶ De tertia nominis declinatione.

**T**ertia diuersos. quod tertia declinatio varias ha-  
 bet nominatiui desinentias. Nam sexaginta cir-  
 citer colliguntur: quæ omnes mittunt geni-  
 tiuum in is. sed diuersis modis, quædam enim cres-  
 cunt vna syllaba, vt hic sermo sermonis, quædam dua-  
 bus. vt biceps bicipitis, quædam habent pares sylla-  
 bas. vt pater patris. vnum reperitur deficiens à suo re-  
 cto vna syllaba, Iuppiter, Iouis. ¶ Ex a. ponit. Prose-  
 quitur diuersitatem illam genitiui per ordinem no-  
 minatiui terminationum: atq; imprimis: quod nomi-  
 na in a desinentia, quæ omnia sunt græca, mittunt ge-  
 nitium in aris. hoc est, qd crescunt super rectum vna  
 syllaba, vt dogma dogmatis. pneuma pneumatis.

¶ Ex e. facit is. quod nomina in e. desinentia faciunt  
 genitiuum, e mutata in is. vt hoc cubile cubilis, mare  
 maris, altare altaris.

¶ Onis ab o. quod nomina in o desinentia mittunt ge-  
 nitium in onis, vt sermo sermonis. histrio histrionis  
 Excipiuntur aliqua mittentia genitiuum in inis. ea  
 sunt, cardo cardinis, ordo ordinis, turbo turbinis, ho-  
 mo hominis, nemo neminis. apollo apollinis. Et no-  
 mina fæminina desinentia in do. vel in go, vt teredo  
 teredinis, albedo albedinis, virgo virginis, aurigo au-  
 riginis. Vnedo tamen vnum ex desinentibus in do, fæ-  
 mininis facit in genitiuo vnedonis.

Lac tibi dat lacus, haec haecis habebit.

JPL

DE NOMIN. DECLINAT.

Bogud format udis. nostri dixere Dauidis.  
 Additur is. post l. Sed lis, mel, felq; recipit.  
 Nomen quod fit in n. assumit is in genitiuo.  
 Men finita dabunt inis, & quod definit in cen.  
 Atq; unguen, <sup>peccete</sup> iunges, cūq; inguine glutē, <sup>tride</sup>  
 Et quandoq; datur ex on, genitiuus in ontis.

¶ Lac lactis &c. quod duo reperiuntur nomina desinentia in c. lac lactis halec halecis. ¶ Bogud. qd in d. terminata duo reperiuntur nomina barbara virorū propria. Bogud bogudis, & David dauidis. ¶ Additur is. quod nomina desinentia in l. quacūq; vocali precedente formant genitiuum addita is, vt animal animalis, michael michaelis, gabriel gabrielis. raphael raphaelis, vigil vigilis, sol solis, consul consulis. Mel vero & fel non is, sed lis in genitiuo suscipiunt, quare in obliquis omnibus per duplex l. scribuntur, mel mellis fel fellis. ¶ Nomen quod fit. quod nomina desinentia in n literam assumunt is. in grō quacūq; vocali precedente. vt titan titanis, acarnan acarnanis, splen splentis, siren sirenis, delphin delphinis, phorcyn phorcynis, dæmō dæmonis, sindon sindonis. Sed quia hæc regula de vltima syllaba tantum tradita est, quod ad penultimam attinet, subiungit quod nomina terminata in men mutant in genitiuo e. in i. vt flumen fluminis fulmen fulminis. culmen culminis quod de nominibus latinis intelligendum est. Nam græca in genitiuo retinent: vt hymen hymenis, damen damenis: quæ apud Latinos in vsu non sunt. ¶ In cen. quoque desinentia: quæ à cano canis componuntur mutant e in i. vt tubicen tubicinis, ribicen ribicinis. lyricen lyricinis. Et nomina quatuor quæ hic ponuntur: unguen unguinis, pecceten peccetinis. inguen inguinis. gluten glutinis. ¶ Et quandoq; q. in on desinentia aliquando mittunt genitiuum in ontis: cum plærūq; per regulam mittant in onis: vt laocoon tis, acheron acherōtis, sed de his in græca declinatione plura.

## LIBER II

Is post, r. iunges. Tamen. r. tibi far geminabit.  
 Cris dat acer uolucer alacer. Bris accipit imber  
 Et sua composita, ceber, quibus adde saluber.  
 In tris plura dabis: frater, mater, pater, vter.  
 Accipiter venter, linter. Quod desinit in ster.  
 Iupitris atq; Iouis dat Iuppiter. O facit ex. u.  
 Femur ebur, robur, iecur, at cor dat tibi cordis.  
 Suscipit, atis, ab as genitiuus. Demitur inde  
 Vas vadis & vasis, as assis, mas maris. Atqui  
 Græcum ponit, adis. genitiuo ponit & antis.

¶ Is post, r. quod in, r. desinentia quacumq; vocali præcedenti assumunt in genitiuo, is, vt torcular torcularis, anser anseris, gadir gadiris, decor decoris, vultur vulturis. Far vero recipit ris, hoc est, q̄ scribitur duplici, r. vt farris. Deinde dicit quod tria nomina in cer, in cris, mittunt genitiuum: vt acer acris, volucer volueris, alacer alacris. Imber quoq; cum suis compositis: & hoc nomen ceber & saluber mutant ber, in bris, vt imber imbris, september septembris, october octobris, nouember nonembris, december decēbris, mulciber mulcibris, ceber ceberis, saluber salubris. In ter quoque desinentia si sunt latina, mutant ter in tris, vt frater fratris, mater matris, pater patris, vter vtris, accipiter accipitris, venter ventris, linter linteris. Et nomina quoque desinentia in ster, vt pedester pedestris, syluester syluestris, & Iupiter Iupitris & Iouis, O facit ex u, quod quatuor nomina mutāt in gō u in o, vt femur femoris, ebur eboris, robur oris, iecur oris, & iecinoris. Iter vero & itiner regulam sequuntur. Nam ab eo quod est iter, fit iteris, ab eo quod est itiner, fit itineris. Deinde subdit quod hoc nomen cor facit cordis. ¶ Suscipit atis, quod in as, desinentia mittunt genitiuum in atis, vt pieras pietatis, castitas castitatis, Excipiuntur quatuor monosyllaba aliter facien-



DE NOMIN. DECLINAT.

ria. vas vadis. vas vasis. as assis. mas maris. Græca vero quandoq; faciunt in adis. vt arcas arcadis. pallas palladis. quandoq; in antis. vt atlas atlantis. pallas pallantis: sed de his in declinatione græca plura.

Cum sit in es, nomen mas, aut cōmune duorū  
 Dat genitiuus itis: sed verres dat tibi verris  
 Et vates vatis. Dat etis, pariesq; ariesq;  
 Perpes & interpres teres indiges p̄pes hebesq;  
 Inquies & locuples, magues. Hæresq; dat edis.  
 Pes pedis, at nomen dat idis. quod de sedeo fit  
 Græcū nomen in es genitiuum mittit in etis.  
 In proprijs ex es. facit is. quandoq; dat etis.  
 Est tibi fœmineum conuertit in is genitiuum.  
 Sed reges atq; seges, abiesq; quiesq; dat etis  
 Merces mercedis facit. in cereris Ceres exit.

¶ Cum sit in es. quod nomina masculina aut communia duorum generum desinentia in es. mittunt genitiuum in itis. vt hic stipes stipitis. hic & hæc miles militis. Excipitur verres generis masculini quod facit verris: & vates communis duorum quod facit vatis: & quædam facientia in etis. hoc est. non mutantia e. in i. ea sunt paries parietis, aries arietis, perpes perpetis, interpres interpretis, Teres teretis, Indiges indigetis, præpes præpetis. Inquies inquietis, hebes hebetis, Locuples locupletis, magues magnetis. In edis, vero faciunt hæres hæredis, & pes pedis: cum suis compositis. vt bipes bipedis. In dis, præterea exeunt composita à sedeo sedes. vt obses sidis, reses residis, præses sidis. ¶ Græcū nomen, q̄ nomina græca desinentia in es. mittunt genitiuum in etis. vt lebes lebetis, tapes tapetis, cres cretis, & quod supra posuimus magues magnetis. Sed nomina propria in es, aliquando mutant es in is, aliquando exeunt in etis, quandoq; vtroque

LIBER II

que modo mittunt genitiuos, vt Ioannes Ioannis. I  
danes iordanis. Chremes chremis vel chremetis. Da-  
res daris vel daretis. Laches lachis, vel lacheris. ¶ Es  
tibi fœmineum. Quod noīa fœminina definentia in es.  
formant genitiuū es, mutata in is. Vt hæc proles pro-  
lis: vulpes vulpis, moles, molis: excipiuntur quatuor  
mittentia genitium in etis. Vt reges regetis. Seges  
segetis. Abies abieris. Quies quietis. Merces quoque  
quod facit mercedis, & Ceres quod facit cereris.

Is finita tibi mittunt similem genitium.  
Cuspis format idis, cassis, lapis additur illi.  
Semis semissis dat: sanguis sanguinis: & quæ  
Dār eris, cucumis, uomis, & cinis addito puluis  
Impubis iunges. Glis gliris. lisq; dat itis.  
Sannis sannitis, dis ditis, adde quiritem.  
Græcum mittit idis, simois, pyroisq; dat entis.  
Quod fit in, in, & in is, dabit inis, iūgito pollis,  
Otis, nomen in os. mittis. Tamen exit in oris.  
Ros flos, inosq; lepos. Os trāsit in oris & ossis.  
Custos tustodis dat, bos bouis: & tamen ois.  
Græca dabūt, ut tros, tos, minos additur heros.

¶ Is finita, quod nomina in is, definentia habent gen-  
tium similem, nominatio, vt ignis ignis, clavis cla-  
uis, nauis nauis, tria vero mittunt genitium in idis,  
cuspis cuspidis, lapis lapidis, cassis cassidis, Excipitur  
quoque semis quod facit semissis, & sanguis quod fa-  
cit sanguinis. In eris, quoque faciunt quatuor nomi-  
na biterminantia in nominatio, cucumer vel cucu-  
mis cucumeris, vomer vel vomis vomeris, ciner vel  
cinis cineris, puluer vel puluis pulueris. Impubis quo-  
que quod tum impuberis, tum impubis facit. & glis  
quod facit gliris, & lis quod facit litis, & sannis quod  
facit sannitis, dis quod facit ditis, quis quod facit

## DE NOMIN. DECLINAT.

quiritis. ¶ Græcum mittit . quod nomina græca ple-  
 runque mittunt genitium in idis: vt paris paridis, af-  
 pis a'pidis. hyaspis hyaspidis. iris iridis, priamis pria-  
 midis, aliquando mittunt genitiuū in ios, vel in eos.  
 sed de hoc aliàs. Deinde dicit quod duo nomina sunt  
 finita in ois, quæ mittunt genitium in entis, fimois fi-  
 moentis, & pyrois pyroentis, de quibus vbi de græ-  
 cis plura. ¶ Quod fit in. quod nomina græca bitermi-  
 nantia in, in. vel in is faciunt genitium in inis. vt del-  
 phis vel delphin delphinis, eleusin vel eleusis eleusinis  
 salamin vel salamis salaminis, phorcyn vel phorcys,  
 phorcynis. pollis quoq; est latinum, & facit pollinis,  
 quasi à nominatiuo pollen. ¶ Otis nomen. quod no-  
 mina in os desinentia mittunt genitium in otis. vt  
 sacerdos sacerdotis, compos compotis, monoceros  
 monocerotis. In oris vero faciunt quinque, ros roris,  
 flos floris, mos moris, lepos leporis, os oris. quod  
 etiam in alia significatione facit ossis, Custos quoque  
 facit custodis, & bos bouis, sed quædam nomina græ-  
 ca faciunt in ois, vt tros trois, thos thois, minos mi-  
 nois, heros herois,

Vs tibi mittit oris. Per eris sed plura dabuntur.  
 Vlcus, acus, uiscus, foedus cum pondere, sidus  
 Vellus, holusq; scelus, fun<sup>o</sup> gen<sup>o</sup> addito uuln<sup>o</sup>,  
 Munus, onusq; lat<sup>o</sup>, uet<sup>o</sup> atq; op<sup>o</sup>. Et tamē udis  
 Dāt subscus, inc<sup>o</sup>, palus, & pec<sup>o</sup>, hæc muliebris.  
 Telluris, uenerisq; dabunt tellusq; uenusq;.  
 Cætera sceminei generis mittuntur in utis.  
 Quæ poly syllaba sūt. Monosyllaba dātur ī uris  
 Grus & sus dat, uis, intercus, utis, tibi mittit.  
 Græcum uomen in us, genitiuū mittit in untis.  
 De pus exit, odis, tibi sit pro teste Melampus.

¶ Vt tibi mittit. q nomina in us desinētia mittūt ge-  
 nitium

LIBER II

nitiuum in oris, vt corpus corporis, tempus temporis  
& à neutris comparatiuorum, vt nobilius nobilioris.  
In eris vero mittunt genitiuum quæ sequuntur, Vl-  
cus eris, acus eris. viscus eris. fœdus eris. podus eris.  
vellus eris, scelus eris, funus eris. vulnus eris. munus  
eris. onus eris. latus eris, opus eris. Quatuor præterea  
mittunt genitiuum in udis, subscus subscudis, incus  
incudis, palus ludis, & pecus eudis, quando est gene-  
ris fœminini, nam quando est generis neutri, hoc pe-  
cus pecoris facit. Deinde dicit, quod tellus facit tellu-  
ris, & venus veneris. Postea subdit quod nomina plu-  
rium syllabarum, quæ sunt fœminina genitiuum mittunt  
in utis ea sunt quinque; virtus tutis, senectus etutis, sa-  
lus utis, seruitus tutis, iuuentus tutis. Monosyllaba ve-  
ro faciunt genitiuum in uris, vt mus muris, thus thuris,  
crus curis, ius iuris, pus puris. Excipitur grus quod fa-  
cit gruis, & sus quod facit suis, & subdit quod hoc no-  
men intercus facit intercutis. ¶ Græcum nomē quod  
nomina græca in us. desinentia mittunt genitiuum in.  
uatis, vt hydrus hydruntis, sipus sipuntis, phicus, cur-  
tis, hiericus eurtis, amathus turtis. Sed à pus quod  
est pes composita mittunt genitiuum in odis, melam-  
pus melampodis, ædipus ædipodis, chytrapus, chytra-  
podis, tripus tripodis.

Dat diphthōg<sup>9</sup> in es. præp̄s p̄dis, & es dabit eris  
Dat diphthōg<sup>9</sup> i aus laus laudis fraus quæq; fraudis  
Si. b. p. phi, præit, s, mediam dabis, i, genitiuo.  
E. mutatur in. i. quando præponitur illis,  
Si polysyllaba sūt, tamē aucupis exit ab auceps  
Pouit hyēs hyemis, puls pultis mittere debet.  
Si præit n. aut r. mediam dat ti. genitiuus.  
Lēs lēdis mittit, glās glādis, frōs quoq; frōdis.  
Nefrens nefrendis. quod pendo libraq; gignit.  
Vt cor dat cordis, sic quæ componis ab illo.  
Vncia quod nomē componit, mittit in. vncis.

DE NOMIN. DECLINAT.

¶ Dat diphthongus. quod in. es. diphthongon finita  
 reperiuntur nomina hæc, præ prædis, & es eris, duo  
 præterea in aus. diphthongō, fraus fraudis, & laus lau-  
 dis. ¶ Si. b. p. phi. q. nomina in. s. desinentia, quæ habēt.  
 b. aut. p. aut. ph. ante s. recipiūt. i. mediam in genituo,  
 vt arabs arabis, daps dapis, inops inopis, gryphs gry-  
 phis, ciniphs, ciniphis: quanq̄ à græcis per ps. scribitur  
 q̄ si præcedit. e. vocalis in dictionibus pluriū syllaba-  
 rū: illud. e. mutatur in. i. vt cælebs libis, princeps princī-  
 pis, adeps adipis. Deinde subdit. quod hoc nomen au-  
 cept mutat. e. in. u. vt auceps aucupis. ¶ Ponit hyems,  
 quod vnum nomen reperitur finitum in. ms. hyems  
 quod facit hyemis. ¶ Si præit. n. quod nomina desinē-  
 tia in. s. habentia. n. aut. r. ante. s. recipiunt in genituo,  
 ti. syllabam mediam, vt prudēs prudētis, dens dentis,  
 gens ris, mars martis, fors sortis. Dicit deinde quod  
 loco r. recipiunt d. quinque nomina: lens lendis pro  
 vermiculo qui ex pediculo gignitur, nā pro legumine  
 lentis facit. glās glādis, frons frondis pro folio arbo-  
 ris. nam pro facie frontis facit. nefrens nefrendis pro  
 procello, & libripens libripēdis, quod à libra & pēdo,  
 is, componitur. Composita quoque à corde recipiunt  
 in genituo di, vt cōcors cōcordis, secors dis, discors  
 dis, misericors dis. ¶ Vncia quod nomen. quod com-  
 posita ab hoc nomine vncia recipiunt in genituo ci.  
 syllabā. vt deūs deūcis, decūs decūcis, quicūs quicūcis,

Dat capitis caput, in cipitis. sua compositiua. &  
 Quæ dant cremētū tibi duplex. adde supellex,  
 Atque iter aut itiner. dāt lectilis hæc, in erisq̄.  
 X finita dabunt, x rapta cis genituo,  
 E. mutatur in. i. quando præponitur illi,  
 Dū polysyllaba sunt. Veruex, halexq̄ dat ecis,  
 In gis multa dabis, lex, rex, grex, addito remex.  
 Inque retix & frux. A coniunx coniugis exit,  
 Illex atque aquilex cōpluraque nomina greca,



## LIBER II.

¶ Dat capitis caput, quod in t. desinentia reperiuntur caput cum suis compositis, sed caput facit capitis. & duo composita ab illo occiput occipitis, sinciput sincipitis. Composita etiam à capite quæ habent duplex crementum faciunt quoque genitium in cipitis. ut anceps ancipitis, biceps bicipitis, triceps tricipitis, duo quoque habent duplex crementum, supellex supellectilis, & iter iteris, sed itineris (ut supra diximus) ab eo quod est itiner, potius dicitur, ut apud Manilium libro primo Astronomico: Fecit & ignotos itiner commercia terris. ¶ X finita, quod nomina in x desinentia quacunque vocali aut consonante præcedenti faciunt genitium ablata x & addita cis, ut pax pacis, audax audacis, felix licis, atrox atrocis, lanx lancis, lynx lycis, habentia vero e ante x, si sunt polysyllaba mutant in genitio e in i, ut iudex iudicis, pollex icis. q. si sunt monosyllaba, nihil opus mutant, ut nex necis, prex precis, merx mercis. Duo quoque ex polysyllabis retinent e in genitio, ut veruex uecis, halex lecis. ¶ In gis. q. à superiori regula excipiuntur complura nomina in desinentia genitium in gis. hæc ferè: lex legis, rex regis, grex gregis, remex gis, quod seruat regulam habentium e ante x, impetix impetiginis, sed interponit particulam q, per Temesim, quia syllaba breuis inter duas longas non admittitur in hoc genere versus, frux frugis, coniux coniugis, illex illegis, id est sine lege, quod simplicis seruat declinationem, nam pro illecebra, illex in genitio illicis facit, aquilex aquilegis.

Syrinx & meninx, & iynx, iapixque lelexque,  
 Spiux, phryx, atque phalanx, styx, stryxque pharinxque larinxque,  
 Allobrox, mastyx & oryx, cum pompholigeiazix,  
 Et reges Galli, quorum sit rectus in orix,  
 In his dat mastyx & onyx, thominxque diorix

## DE NOMIN. DECLINAT.

Et duo dant actis, hipponax, aityanaxq;  
Nix niuis atque senex senis infert, nox quoque  
noctis,

Fitq; datiuus in i, si tollas s genitiui,  
Accusatiuus fit in em. Sed in im tibi mittunt  
Hæc: sitis & tussis, vis, buris, peluis. At ista  
Dantur in em, sed in im restis, turrisq; securis:  
Et puppis, febris, sed in im tantūmodo græca,  
In quibus est recto non dissimilis genitiuus,  
Quæ dantur & in in plærunque, vt Naso cha-  
rybdin.

¶ Complura quoq; nomina græca. vt syrinx gis, me-  
nynx menyngis, iynx iynngis, iapyx iapygis, lelex le-  
legis, splunx splungis, phryx plirygis, phalanx pha-  
langis, styx stygis, pharinx pharingis, larinx laringis,  
Allobrox brogis, mastyx gis, oryx orygis, pompho-  
lix gis, iazix iazigis. Et nomina quædam regum Gal-  
liæ in orix desinentia. vt Orgentorix gis, Dumnorix  
Dumnorigis, Ambiorix Ambiorigis, Vercingento-  
rix gis. ¶ In his quoque. hoc est, per c aspiratum  
exerunt nonnulla, vt mastyx mastyclis, onyx ony-  
chis, thominx chis, diorix diorichis. Duo quoque ex-  
erunt in actis, hypponax hypponactis, aityanax aitya-  
nactis. Ex latinis præterea non sequuntur regulā su-  
perius traditā, hæc tria, nix niuis, senex nis, nox ctis.

¶ Fitq; datiuus. q; datiuus terminatur in i, formaturq;  
à genitiuo ablata s, vt sermo sermonis moni. Accusa-  
tiuus. qd accusatiuus terminatur in em, fitq; à gto, is  
mutata in em, vt sermo monis monē. Excipiūtur pau-  
ca q̄ mittunt actūm in im, vt sitis sitim, tussis sim, vis  
vim, buris rim, peluis uim. Pauca quoq; mittētia in em  
& in im. hæc ferē: restis restē vel stim, turris turrē vel  
turrim, securis secutē vel rim, puppis puppē vel pim,  
febris brē vel brim. ¶ Sed in im, q; noīa græca habentia  
tia

## LIBER II.

ria genitiuū similem nominatiuo, mittunt accusatiuū  
in im, vt leucaspis im, araris rim, tigris grim, sed hic  
actūs latinus est, nam græcus in in per n. terminatur  
vt apud Ouidium. Charibdinachei.

Nomē in e. uel in al. uel in ar modo sit tibi neutrū  
Exit in i, sexto, sed in e. per pauca dabuntur,  
Far, præneſte, iubar, ſoracte q; gauſape nectar,  
Mittis in i. meſes. Et in as gentilia iunges.  
Et quæ fecerunt uel in im uel in in tibi quartū:  
Nam q̄ datur in em uel in im, dāt i. uel e sexto.  
Ciuis, auis, nauis, clauis iungantur & anguis,  
Vnguis & annis, uectis, poſtis, neptis & ignis  
Strigilis & classis, pugil & uigil atq; ſupellex,  
Additur his imber, uerbaleq; quod facit in trix

¶ Nomen in e. traditurus regulam generalem de ablatiuo tertiæ declinationis, dicturusq; q̄ facit in e. præmittit regulas quasdam per modū exceptionis de nominibus facientibus in i. atq; illud in primis quod nomina neutra tertiæ declinationis deſinentia in e. uel in al. uel in ar. faciunt ablatiuum in i. vt hoc cubile bili, hoc animal animali, hoc puluinar, puluinari. Excipiuntur pauca mittentia ablatiuum in e. far quod facit à farre, præneſte quod facit à præneſte, iubar quod facit à iubare, ſoracte, quod facit à ſoracte, gauſape quod facit à gauſape, nectar quod facit à nectare.

¶ Mittis in i. quod nomina meſium uel. in er. uel in is deſinentia mittūt ablatiuum in i. vt quintilis à quintili, ſextilis à ſextili, aprilis ab aprili, ſeptember à ſeptembri, october ab octobri, & nomina gentilia in as deſinentia, vt arpinas ab arpinati, caſinas à caſinati.

¶ Et quæ fecerunt. quod nomina quæ fecerunt accusatiuum in im per m. uel in in per n. mittunt ablatiuū in i. vt ſitim à ſiti, tuſſim à tuſſi, charybdim à charybdi

## DE NOMIN. DECLINAT.

di: quæ vero fecerunt accusatiuum in em & in im, faciunt ablatiuum in e vel in i. vt restis restem vel restim à reste vel resti, turris turrem vel turrim à turre vel turri, securis securem vel securim à secure vel securi. Ciuis, auis, quod hæc nomina quæ hic explicantur plerumque mittunt ablatiuum in i. cum regulariter faciunt in e: vt ciuis à ciue vel ciui, auis ab aue vel aui, & eodem modo de cæteris. ¶ Verba etiam &c. quod nomina verbalia quæ alij vocant participalia, faciunt quoque ablatiuum in e vel i. sed plerumque in e, raro in i, vt victrix à victrice vel victrici, vltrix ab vltrice vel vltrici.

Adiectiua trium generum vel in i. uel e. pones:  
 Dūmodo neutra per e. nō declinet tibi rectus,  
 Quæ si declinans per i. tantum mittere debes.  
 Degener & pauper, uber, cumque hospite sospes,  
 Dant ablatiuos per e. tantum; plus quoque pluri,  
 Ast ablatiuos per e. tantum cætera mittunt.

¶ Adiectiua trium. quod nomina adiectiua tertriæ declinationis à quacunque terminatione mittunt ablatiuum in e vel in i. vt prudens à prudente vel prudenti, concors à concorde vel concordi, inops ab inope vel inopi, audax ad audace vel audaci. Et subdit quod ita demum regula est vera, si non sequatur neutrum genus per e. quod contingit cum terminatio nomina tui in is est communis duorum generum, aut in er masculini, aut in is feminini, tunc enim ablatiuus in i. tantum finitur: vt hic & hæc breuis & hoc breue, à breui, hic acer hæc acris & hoc acre, ab acri. Aliquando tamen apud autores in e. reperiuntur terminata, vt apud Ouid. in episto. Paradis: Foret vt à cæleste sagitta. Quinque tamen nomina quæ hic ponuntur cum sint communia trium generum, saltem in obliquis, mittunt ablatiuum per e. tantum, vt degener à degenerere, pauper

LIBER II.

pauper à paupere, uber ab ubere, hospes ab hospite,  
 sospes à sospite. ¶ Plus quoque pluri, superioribus  
 quoque nominibus ablatiuum in e, facientibus annu-  
 merat hoc nomen plus quod in ablatiuo facit pluri.  
 ¶ Ast ablatiuos, quod alia nomina terrij declinationis  
 ab ijs quæ superius dicta sunt, mittunt ablatiuū in e.  
 vt pneuma à pneumate, sermo à sermone, sol à sole,  
 titan à titane, pietas à pietate, pax à pace, falx à falce.

**R**ECTUS pluralis fit in es, cui iūgito quartū,  
 Quod si mittis iū pluralibus in genitiuis,  
 Accusatiui quandoque per is tibi fient,  
 Cum dedit i, sextus, per ia tibi neutra dabūtur,  
 Collatiua tamen per a, solum mittere debes,  
 Plus & aplustre, vetūsque adduntur collatiuis,  
 Dat genitiuus ium, si fecit in i tibi sextus:  
 Tolle vigil, pugil & supplex, opifexq; vetusq;  
 Artifici memor, & consors addatur inopsq;  
 Præterquā pluri quod comparat additur illis,  
 Et quæ de capio componis iungere debes.

**R**ECTUS pluralis, quod nomina terrij declinatio-  
 nis mittunt nominatiuū, accusatiuum, & ex cō-  
 sequenti vocatiuū plurales in es, is genitiui sin-  
 gularis mutata in es: vt sermo monis hi sermones, pa-  
 ter patris hi patres. ¶ Quod si mittis, q̄ noīa mittētia  
 genitiuū pluralem in ium, subaudi quorum genitiuus  
 singularis non crescit super nominatiuum eiusdem  
 numeri plærunque mittunt accusatiuum in is: vt hic  
 & hæc breuis, accusatiuo breuis. & hæc ratione Salus-  
 rius dixit: Omnis homines, & Vergilius proportionē  
 sequutus, tris notus abreptas. ¶ Cum dedit i, sextus, q̄  
 nomina quæ fecerunt ablatiuum in i, si sunt neutra,  
 mittunt plurali tres casus similes in ia vt hoc animal  
 animalis animalia, Excipiuntur nomina cōparatiua,  
 quæ



## DE NOMIN. DECLINAT.

quæ tametsi fecerunt in i. in ablatiuo, nõ idcirco habet  
i. ante a. finalem: vt lic & hæc breuior & hoc breuius  
à breuiori: in plurali breuiora. plus quoque ( quod &  
ipsum comparatiuum est) plura facit, aliquando plu-  
ria sicut & suum cõpositum complura & compluria.  
Aplustre quoque aplustra facit & aplustria. Vetus q̄  
facit à veteri vetera. ¶ Dat genitiuus. quod nomina  
quæ fecerunt ablatiuū in i, mittunt genitiuum plura-  
lem in ium, vt animal animali animalium. Excipiun-  
tur nonnulla quæ tametsi fecerunt ablatiuum in i, exe-  
unt non in ium, sed in um tantum consonante aliqua  
precedenti, vt vigil à vigili vigilum, pugil à pugili pu-  
gilū, supplex à supplici supplicū, epifex ab opifici opi-  
ficū, vetus à veteri veterū, artifex ab artifice artificū,  
memor à memori memorum, consors à consorti con-  
sortum, inops ab inopi inopum. Et nomina compara-  
tiua, vt à breuiori breuiorum, plus tamen, quod dixi-  
mus esse comparatiuum à pluri fecit plurium. Compo-  
sita quoque à capio non recipiunt i, quamuis fecerunt  
ablatiuum in i, vt à participi pum, à municipi pum,

Ablatiuus in e si desinit um tibi mittit,  
Sed p ium dabit as, mas, vas vadis, & caro corq;  
Os, nix, nox, samnis, lis, dis, glis, adde quiritē,  
Et quæ dantur in s, nec crescunt in genitiuo,  
Excipias tamen hæc: iuuenis, panisq;, canisq;:  
Quæ monosyllaba sunt, quib' s b præuenit aut p  
Et quibus l aut n aut r subit s subit aut x.  
Nomen in es tantum, pluraliter & variatum  
Mittit ium, sed & um, penitus si consulis aures.  
Atq; boum dat bos, sed bobus pone datiuo.  
Datq; datiuus ibus, dat atis, sed cū dat a rectus.

¶ Ablatiuus in e. q̄ alia noia quæ fecerunt ablatiuū in e  
mittunt genitiuum pluralem, e mutata in um, vt à sermone  
monum

LIBER II.

monum. Excipiuntur aliqua recipientia i, ante um, hęc fere as ab asse assium, mas à mare marium, vas à vade vadium, caro à carne carniū, cor à corde cordiū, os ab osse osiū, nix à niue niuiū, nox à nocte noctiū, samnis à samnite samnitiū, lis à lite litium, dis à dite ditiū, glis à glire gliriū, quiris à quirite quiritiū, Excipiuntur quoq; nomina desinentia in s. hoc est in es, vel in is. nō crescentia in genitiuo singulari, vt ntō vulpes vulpis à vulpe vulpiū, ignis ignis ab igne ignium, iuuenis tamen facit iuuenium, & panis panum canis canum. ¶ Quæ monosyllaba. Quod nomina monosyllaba desinentia in s, aut x habentia b. aut p. aut l. aut n. aut t. ante e, vel x, tamen si fecerunt ablatiū in e, nihilominus mittunt genitiuū pluralem in ium, vt plebs à plebe biū, seps à sepe piū, puls à pulte tiū, gens à gente tium, ars ab arte tium, falx à falce cium, lanx à lance lanciū, arx ab arce arcium. ¶ Nomen in es, quod nomina declinata tantum pluraliter masculina & fœminia quæ tantū in nominatiuo plurali terminantur in es, mittunt genitiuū in ium, vt manes ium, penates ium, lactes ium, sordes ium, vires ium. Quæ tamen possunt recipere abscissionem si aures id iudicent faciendum, consulendo videlicet sonoritati, vt penates tum pro tiū, quod & in alijs fieri cōuenit, vt ciuitatum pro ciuitatium dicamus, prudentum pro prudentium. Deinde subdit quod hoc nomen bos in genitiuo plurali facit bouum pro bouum, & in datiuo bobus pro bouibus. Datq; datiuus, quod datiuus pluralis atq; ex consequenti ablatiuus huius declinationis terminatur in ibus, vt sermonibus, patribus. Nomina vero græca in a finita exeunt in atis, vt peripetasma peripetasmatis.

¶ De quarta nominis declinatione.

**Q**uarta dat us recto, dat & u: sed dic variari Plurali tātum. Genitiuus in us tibi fiet. Sæpe datiuus ui, sed & u non sæpe reponit. Accusatiuo dabis um, Dabis u, quoque sexto, Rectus

## DE NOMIN. DECLINA.

Rectus pluralis fit in us, cui iungitur quartum.

Dat genitiuus uum. Sed ibus tu pone datiuo.

Dant ubus hæc tantū: ficus tribus, arcus acusq;

Et partus, portus, lacus & quercus, specus, art<sup>o</sup>,

Cūq; veru quæstus, quod quæro dat tibi nomē.

### ¶ Quarta declinatio.

**Q**uarta dat vs. quod quarta nominis declinatio terminationes habet nominatiui duas, in us & in u, vt sensus sensus, manus manus. Sed in u. in singulari indeclinabilia sunt, in plurali vero declinantur, vt coru cornu, & in plurali cornua cornuum cornibus, veru veru, plurali verua veruum verubus. ¶ Genitiuus in us, quod genitiuus in us terminatur æqualis nominatiuo in syllabis, sed non in temporibus: vt hic sensus genitiuo sensus, apud antiquiores in uis quoq; syllabas terminabatur, vt apud Terentium. Eius annuis opinor causa quæ erat mortua.

¶ Sæpe datiuus, quod datiuus quartæ declinationis plærunque terminatur in ui diuisas, vt sensus sensui, manus manui, aliquando tamen finitur in u. vt currus datiuo curru. Vergilius. i. Æneid. Curruq; volans dat lora secundo. ¶ Accusatiuo, quod accusatiuus in um terminatur, vt sensum manum. Dabis u quoq; sexto. quod ablatiuus in u terminatur, vt à sensu, à manu. ¶ Rectus plu. quod nominatiuus pluralis & actūs atq; ex consequenti vocatiuus eiusdem numeri in us terminatur, vt manus manus ò manus, sensus sensus ò sensus. Dat genitiuus, quod genitiuus in uum terminatur. vt sensus sensuum, manus manus manuum.

¶ Sed ibus, quod datiuus atq; ex consequenti ablatiuus in ibus terminatur, vt sensibus à sensus. quædam tamen non in ibus sed in ubus exeunt. hæc ferè: ficus ficubus, tribus tribubus, arcus, arcubus, acus acubus, part is partubus, portus portubus, lacus lacubus, quercus quercubus, specus specubus, artus artubus;

## LIBER II.

veru, ubus, quæstus ubus cum veni' à quæro quæris,  
nam à queror quereris, questus questibus facit,

¶ De quinta nominis declinatione.

**Q**uinta dat es tantū rectis, genitiuus in ei,  
Atq; datiu<sup>9</sup> erit, em quartis, e dato sextis,  
Rectus pluralis fit in es, cui iungito quartum,  
Erum ebusq; dabis genitiuis atq; datiuus.

¶ Quinta declinatio.

**Q**uinta dat. quod nominatiuus quintæ decli-  
nationis vnicam habet terminationem in es, vt  
hic dies, res. ¶ Genitiuus in ei terminatur. vt  
diei, rei, antiquiores tamen hunc casum tum in e tum  
in es tum in duplex ij terminabant: vt in genitiuo die  
vel dies vel dij, de primo Verg. 1. Geor. Libra die som-  
niq; pares: de secundo Ennius: Postremæ longæq;  
dies coniecerit horas: de tertio Pacuius, Pater supre-  
mæ nostræ progenij pro progeniei. ¶ Datiuus quoq;  
in ei terminatur vt diei, rei. ¶ Accusatiuus in em, vt  
diem, rem. ¶ Ablatiuus in e, vt à die à re. ¶ Rectus plu-  
ralis. quod nominatiuus & accusatiuus atq; ex conse-  
quēti vocatiuus plurales huius declinationis in es ter-  
minantur, vt hi dies, hos dies, o dies, hæ res, has res, o  
res. ¶ Erū ebusq;. quod genitiuus pluralis huius decli-  
nationis in erum terminatur, vt dierū, rerum. ¶ Drūs  
vero exit in ebus, vt diebus à diebus, rebus à rebus.

## DE NOMINIBVS

anomalis.

**S**Vnt quædam nomina quæ dicuntur ano-  
mala, hoc est irregularia, aut quia mutant ge-  
nus, aut mutant declinationem, aut carent alte-  
ro numero, aut deficiunt certis casibus in alteru-  
tro numero.

## DE ANOMALIIS.

### ¶ Masculina in neutra.

Mænalus i, mænala orum. Ismarus i, ismara orum.  
 Gargarus i, gargara orum. Dindymus i, dindyma o-  
 rum. Pangæus i, pangæa orum. Tænarus i, tænera  
 orum. Tartarus i, tartara orum. Auernus i, auerna  
 orum. Pileus i, pilea orum. Intybus i, intyba orum.  
 Baltheus thei, balthæa orum. Sibilis li, sibila orum.  
 Supparus ri, suppara orum. Locus i, loca orum vel ci.  
 Iocus i, ioca orum, vel ioci. Cetus ceti, cete indeclinabile.  
 Euentus us, euenta orum. Iustus iustus, iussa  
 orum. Permissus us, permilla permissorum.

### ¶ Fœminina in neutra.

Pascua æ, pascua orum. Carbafus i, carbasa orum. Sup-  
 pellex suppellectilis, suppellectilia lium. Pergamus  
 pergami, pergama orum.

### ¶ Neutra in masculina.

Porrum ri, porri orum. Rastrum i, rastra orum. Cœ-  
 lum i, cœli orum. Argos i, argi argorum. Frenum i  
 freni vel frena orum. Capistrum i, capistri orum.

### ¶ Neutra in fœminina.

Epulum i, epulæ arum. Delitium ij, delitiæ arū. Bal-  
 neum i, balneæ arum. Cepe indeclinabile, cepæ arū.

### ¶ Variæ declinationis.

Iugerum i, iugera iugerum. Vas vasis, vasa vasorum.  
 Penus penoris, penus penus. Specum i, specus specus.  
 Laurus i, laurus laurus. Pinus pini, pinus pinus.  
 Quercus i, quercus us. Cornus corni, cornus cornus.  
 Ficus i, ficus ficus. Colus i, colus colus. Domus i, do-  
 mus domus. Acus aci, acus acus. Arcus i, arcus ar-  
 cus. Fasti. orum, fastus fastus.

### ¶ Masculina plurali carentia.

Sanguis inis. Limus i. Fumus i. Fimus fimi. Mus-  
 cus. i. Mundus i. Pontus ponti. Nemo inis. Sol so-  
 lis. Vesper eris. Carcer eris.

### Fœminina plurali carentia.

Auaritia æ. Amentia amentia. Arena æ. Bilis bilis.  
 Cholera cholera. Culpa culpa. Caries carici. Dili-  
 gentia diligentia. Dementia dementia.



## LIBER II.

Dies diei pro tempore. Eloquentia eloquentiæ,  
 Fames famis, Fides fidei, Fuga fugæ, Fama famæ.  
 Gaza gazæ. Humus humi. Infamia infamię. Iuuetæ, æ.  
 Indoles indolis. Lues luis. Labes labis.  
 Mors mortis. Negligentia negligentia.  
 Parsimonia parsimoniæ. Pax pacis. Proles prolis.  
 Paupertas paupertatis. Pix picis. Pernicies pernicii.  
 Rabies rabiei. Senectæ senectæ. Stultitia stultitiæ.  
 Salus salutis. Strues struis. Tabes tabis. Tussis tussis.

### ¶ Neutra plurali carentia.

¶ Ador indeclinabile. Aeuum æui. Barathrum barathri. Cœnum cœni. Fœnum fœni. Fas & nefas in declinabilia. Halec halecis. Iusticium iusticij. Instar instaris. Læthum læthi. Lutū luti. Necessum & necesse. Nihil nihilum, nil. Pelagus pelagi. Pus puris. Salum sali. Senium senij. Solium solij. Ver veris. Virus viri. Viscum visci. Vitrum vitri. Vulgus vulgi.

¶ Plurali præterea numero carent propria nomina deorum, hominum, montium, sylvarum, fluuiorum insularum, vrbiū, cæterarumq; rerum, nisi quæ pluraliter declinantur. Dicimus tamen Scipiones, Fabios, Metellos, & eiusmodi propria virorum nomina in numero plurali, sed tunc appellatiua potius quàm propria dicenda sunt.

¶ Carent quoq; numero multitudinis nomina elementorum, vt aer, ignis, aqua, terra, æther. Et nomina metallorum, vt aurum, argentum, plumbum, stannum, orichalcum. Et nomina significantia res liquidas & aridas, quæ in pondus & mensuram referuntur, vt triticum, titha, cicet, panicum, oleum, acetum, sappa, defrutum, passum. Quæ tamen nōnunquam pluraliter offeruntur, maxime cum illarum rerum genera significare volumus, vt cum dixi vinum simpliciter, omne vinum significauit. Cum vero dixi vina in plurali, multas vini diuersitates. puta, falernum, albanum, fundanum significauit.

### ¶ Masculina singulari carentia.

Antes

DE NOMIN. DECLIN.

Antes antium. Artus artuum. Cancellorum. Cani-  
 orum. Carceres rum. Causae cassium. Codicilli co-  
 dicillorum. Coelites coelitem. Fasti fastorum, vel fa-  
 stus fastuum. Fori fororum. Furfures ium. Inferi. orum.  
 Loculi. orum. Liberi orum. Lemites lenurum. Ma-  
 nes, ium. Maiores, orum. Minores, orum. Natales  
 natalium. Optimates optimatum. Penates penatum.  
 Posteriores. Primores primorum. Proceres pro-  
 cerum. Pugillares pugillarum. Quirites quiritium.  
 Sales salium. Superi superiorum. Vepres veprium.

¶ Fœminiuua singulari  
 carentia.

Argutiae. arum. Antiae. arum. Antemnae antemna-  
 rum. Aedes aedium. Bigae bigarum. Candelae cande-  
 larum. Ceremoniae ceremoniarum. Copiae copiarum.  
 Cunae cunarum. Diuitiae. arum. Dirae dirarum. Ex-  
 cubiae. arum. Exuiviae. arum. Exequiae. arum. Feri-  
 arum. Facetiae. arum. Fortunae. arum. Genae. arum.  
 Ginguae. arum. Inferiae inferiarum. Inimicitiae ini-  
 micitarum. Illecebrae illecebrarum. Induciae indu-  
 ciarum. Insidiae. arum. Idus iduum. Lactes lactium.  
 Latebrae latebrarum. Literae literarum. Minae. arum.  
 Manubiae. arum. Nares narium. Neviae neniarum.  
 Nonae. arum. Nugae. arum. Nundinae nundinarum.  
 Nuptiae. arum. Opes opum. Paleae. arum. Plagae.  
 arum. Praestigiae praestigiarum. Primitiae primitia-  
 rum. Quisquiliae quisquiliarum. Quadrigae quadri-  
 garum. Reliquiae reliquiarum. Scaevae. arum. Sentes-  
 ium. Sortes sortium. Sordes. ium. Scopae. arum.  
 Suppetiae suppetiarum. Tenebrae tenebrarum. Ther-  
 mae thermarum. Tricæ arum, Valuae arum.

¶ Neutra singulari carentia.

Arma orum. Castra orum. Crepundia orum. Cuna-  
 bula cunabulorum. Cibaria cibariorum. Extæ exto-  
 rum. Incunabula orum. Iuga iugorum. Iusta iusto-  
 rum. Iliæ ilium. Lustra lustrorum. Magalia maga-  
 lium. Mapalia mapalium. Mœnia mœnium. Præcor-  
 dia præcordiorum. Serta fertorum. Spolia spoliorum.

## LIBER II.

Sponsalia sponsaliorum. Tripudia tripudiorum. Tetra qua indeclinabile. Tempe indeclinabile. Tot indeclinabile. Quot indeclinabile. Pondo indeclinabile.

Festorum quoque nomina, ut:

Saturnalia saturnaliorum. Bacchanalia bacchanaliorum. Vulcanalia vulcanaliorum. Neptunalia neptunaliorum. Lupercalia lupercaliorum. Quinquatria quinquatriorum. Agonalia agonaliorum. Vinalia vinaliorum. Dionysia dionysiorum. Et similia, quae omnia ferè & in ium.

Libri quoque eorum qui graece aut ad imaginem graecorum opera sua inscripserunt, ut Analectica analecticorum, Rhetorica rhetoricorum. Oeconomica oeconomicorum, Aethica aethicorum, Bucolica bucolicorum, Georgica georgicorum, Topica topicorum, Physica physicorum.

Communia sunt trium generum nomina numeralia, carentque numero singulari, ut duo, duae, duo: tres & tria: quatuor, quinque, sex. & quae sequuntur: praeterquam vnus vna vnum: quod caret numero multitudinis, nisi cum iungitur nominibus pluraliter declinatis. Sunt autem omnia indeclinabilia usque ad centum, praeterquam tria illa, hoc est: vnus vna vnum, duo duae duo, tres & tria.

Singulari praeterea numero carent nomina diuidua siue per certos numeros distributiva, ut singuli singulae singulari. Bini binae binae. Terni ternae ternae. Quaterni quaternae quaternae. Quini quinae quinae. Seni senae senae. Septeni septenae septenae. Octoni octonae octonae. Deni denae denae.

Nomina certis casibus deficientia.

Vocatiuo carent nomina interrogatiua, ut quis? qualis? quantus? cum interrogatiue proferuntur. Et nomina infinita, ut quidam, aliquis. Et nomina relatiua, ut qui, qualis, quantus, cum aliquid referunt. Et nomina negatiua, ut nullus, nemo.

Et nomina distributiva, ut ambo, uterque, alicuius. Et quae supra memorauimus diuidua, ut bini binae binae,

## DE ANOMALIS.

hina, terni ternæ terna. &c.

**O**s oris, ius iuris, rus ruris, æs æris, mare maris. Et nomina quintæ declinationis, præterquàm dies diei & res rei, genitiuo datiuo & ablatiuo numeri pluralis deficiunt.

**S**atias vel saties nominatiuum singularem tantū habet. Præsto nominatiuum vtriusq; numeri tantum habet. **Expes** ò **expes** nominatiuum & vocatiuum tantum habet.

**Fors** ò **fors** à forte nominatiuum & vocatiuum & ablatiuum habet.

**Vis**, vim, ò **vis**, à ui, nominatiuum, accusatiuum, vocatiuum & ablatiuum tantum habet. In plurali vires virium viribus integrum est, siue sit à vi, siue aliunde.

**Tabi** à **rabo** genitiuum & ablatiuum tantum habet.

**Ditionem** à **ditione**: **Laterem** à **latere**. **Vicem** à **vice** accusatiuum & ablatiuum singularem tantum habet. In numero plurali integra sunt duo posteriora.

**Tantundem** & **tantidem**, nominatiuum, genitiuum, accusatiuum tantum habent in singulari.

**O macte** **macti**, vocatiuum vtriusq; numeri tantum habet.

**Sponte**, **impete**, **obijce**, **natu**, **din**, **noctu**, ablatiuum singularis numeri tantum habent.

**Suppetias** & **inficias**, accusatiuum pluralem tantum habent.

**Grates**, nominatiuum accusatiuum & vocatiuum numeri pluralis tantum habet.

**Opis**, **opẽ**, ab **ope**, nominatiuo, datiuo & vctõ caret.

**Verbere**. ablatiuum in singulari tantum habet, in plurali verbera verberum integrum est.

Lem  
add.  
deus  
racc

LIBER II.

De præteritis verborum. Caput. iij.

**C**ompositi forinā simplex, & cōpositiuū  
Simplicis obseruat verbum, quod ponis  
ubique,

Præter uenundo, circundo, do quoq; pessum,

A do compositum declinat tertia, iunges

Quod lauo q̄d̄q; cubo cōponēs mittit in umbo

Et mico dat micui, sed dimico mittit in aui.

Dat maneo mansi, sed in e. pro. præ. minui dāt

Atq; oleo dat ui. sed in eui. compositiua.

Et cio uel cieo, ciui. Sed compositiua

Semper sunt quartæ. Lego legi, sed tamen exi

Hæc tria dant intelligo, diligo, negligo tantum

Dat cecini cano, sed per ui. sua compositiua.

Dat sapio sapere, sed respicio respicere.

Quod trahis à pario infinitum mittit in ire.

Quod si præteriti geminetur syllaba prima.

Verbaq; componas, ex illis tolle priorem.

Quam retinent posco cum disco, steti q; dedi q;.

Dic pupugi, cū re. sed cum præ pone cucurri.

**C**ompositi for. Hæc regula seruit coniugationi  
verborum, quemadmodum seruiebat nominū  
declinationi: habetq; originem à proportione.

Nam si cōpertum mihi sit q̄ sono facit in præterito so

nui, possum colligere, quod ab illo cōpositum re sono

facit resonui, atq; ediuerso. Si scio q̄ respicio facit res

pexi, possum coniectare q̄ illius simplex spicio, quod

non est in vsu, fecit spexi. Patitur tamen hæc regula

exceptionem, vt à do, das, quod est primæ coniuga-

tionis, composita declinantur per tertiam, vt trado

tradis, reddo reddis, tria tamen sequuntur rationem

sui simplicis, venūdo as, circundo as, pessundo pessun

das, Cōposita quoq; à lauo lauas, vt diluo luis, abluo

abluis



## DE NOMIN. DECLIN.

abluis, proluo is, colluo is. Et à cubo cubas, recipiētia  
 m. literā inter v. & b. vt incumbo incumbis, discūbo  
 bis, nam quæ non accipiunt literam m. rationem  
 simplicis sequuntur, vt incubo incubas, recubo recubas,  
 accubo aceubas. ¶ Et mico. quod hoc verbum mico  
 micas, facit in præterito micui, compositum vero ab  
 illo dimico as, facit dimicauit. ¶ Dat maneo. q. hoc ver-  
 bum maneo es, facit in præterito mansi: composita  
 vero ab illo cum his præpositionibus in, è, pro, præ, fa-  
 ciunt præteritū in ui solutas, vt immineo es ui, emi-  
 neo nes eminui, promineo es prominui, præmineo es  
 minui. Alia composita suum simplex sequuntur vt  
 permaneo es ansi, remaneo es ansi. Emaneo quoque  
 facit emansi, quia in compositione non mutat a. in i.  
 Atque oleo. quod hoc uerbum oleo facit oliui, ab illo  
 tamen composita faciunt in cui, vt adoleo cui, redoleo  
 cui. ¶ Et cio. vel. quod hoc uerbum cio is. vel cieo es,  
 facit in præterito ciui, ab illo tamē composita semper  
 sunt quartæ cōiugationis, vt accio is iui accire, concio  
 is iui ire. ¶ Lego legi. quod hoc uerbum lego legis.  
 facit in præterito legi. tria tamen ab illo composita  
 faciunt in exi, intelligo exi, diligo exi, negligo exi.  
 ¶ Dat cecini. quod hoc uerbum cano is, facit cecini ab  
 illo tamen composita faciunt in ui. diuisas, vt concino  
 is nui, præcino is nui, accino is nui. ¶ Dat sapio quod  
 hoc uerbum sapio is, est tertiæ coniugationis, cōpo-  
 situm tamen ab illo est quartæ coniugationis vnum  
 f. respicio is respire. ¶ Quod trahis. quod hoc uerbum  
 pario est tertiæ coniugationis. ab illo tamen compo-  
 sita sunt quartæ vt operio is, comperio is, reperio is.  
 ¶ Quod si præter. quod uerba geminantia in præterito  
 primas syllabas si componantur, amittunt in præterito  
 alteram ex illis, vt tondeo es totondi, detondeo es de-  
 tondi, tondo is tutudi, contundo is contudi, mordeo es  
 momordi. ¶ Duo tamen uerba excipiuntur: pungo cō-  
 positum cum re & curro, compositum cum præ, vt  
 repung repungis repupugi, præcurro is præcucurri.

## LIBER II.

### ¶ De præteritis primæ coniugationis.

**P**ræteritum primæ facit aui. Demito pauca  
 Quæ mittunt in ui diuisas, vt crepo, nexo,  
 Et cubo, cūq; tono, sono iunge domoq; uetoq;  
 Et seco cumq; mico, frico, sed duo dāt & in aui.  
 Hæc plicat atq; necat, sed de iuuat accipe iuui.  
 Præteritum sto, do, misere steti, dedi.

¶ Præteritum pri. quemadmodū diximus, omnia verba regulariter declinata sequuntur per totam cōiugationem illorum quatuor verborum proportionem, quæ pueris ediscenda proposuimus, præterq; præteritis & supinis quæ sunt quasi alteræ positiones verborum. Quare de præteritis prius disseruimus, postea de supinis & in primis de præteritis primæ coniugationis, dicentes, quod verba primæ coniugationis mittunt præteritum in aui, si utriq; à secunda persona presentis indicatiui modi s mutata in ui, vt amo amas amauit, porto portas portauit, pecco peccas peccauit, Excipiuntur pauca facientia præteritum per uī syllabas, ea ferè sunt: crepo crepas crepni, nexo nexas nexui, cubo cubas cubui, tono tonas tonui, sono sonas sonui, domo domas domui, veto vetas vetui, seco secas secui, mico micas micui, frico fricas fricui. Duo tamen reperiuntur habentia duplex præteritum scilicet in ui diuisas syllabas, & in aui: plico plicas plicui vel plicauit, neco necas necui vel caui, sed hoc verbum iuuo iuuas quasi per syncopam fecit iuui pro eo quod esse debuit iuuauit. Duo quoq; reperiuntur geminantia præteritum: sto stas steti, do das dedi.

### ¶ De præteritis secundæ coniugationis.

**P**ræteritum per ui vocales pone secundæ.  
 Ardeo, mulceo, rideo, suadeo, torq; o, dāt si  
Algeo

DE PRAETER. VERB.

Algeo, mulgeo, fulgeo, tergeo, turgeo iunge  
 Vrget & indulget, manet, hæret, sorbeo sorpsi  
 Siue bui, iubeo iussi, quod & s geminavit.

In xi prætereunt hæc: frigeo conniueoq;  
 Augeo, mulgeo, lugeo, luceo. Quattuor in di  
 Mittunt præteritum quæ sunt: video sedeoq;  
 Strideo seu strido cū prædeo. Sed tamē addes  
 Quorum præteriti geminatur syllaba prima.

Hæc sunt mordeo, spōdeo, pēdeo tōdeo tantū. /r.

A leo siue pleo deductum mittit in cui.

Adde fleo atq; neo, sed dat cigo tibi ciui.

Dic oleo per ui diuisas, sed ueo dat ui.

¶ De præteritis secundæ coniugationis.

**P** Præteritum per ui. quod verba secundæ coniu-  
 gationis mittunt præteritum per ui diuisas, vt  
 habeo habes habui, doceo doces docui, cædeo can-  
 des candui, vigeo viges vigui, doleo doles dolui, ti-  
 meo times timui, teneo tenes tenui, stupco stupes stu-  
 pui, terreo terres terrui, densco denses densui, niteo ni-  
 tes nitui. in si vero mittunt præteritum sedecim ver-  
 ba, quæ hic ponuntur: ardeo ardes arsi, mulceo mul-  
 ces mulsi, rideo rides risi, suadeo suades suasi, torqueo  
 torques torsi, algeo alges alsi, mulgeo mulges mulsi,  
 fulgeo fulges fulsi, tergeo terges terfi, turgeo turges  
 turfi, vrgeo vrges vrfi, indulgeo indulges indulsi, ma-  
 neo manes mansi, hæreo hæres hæsi, sorbeo sorbes sor-  
 psi siue sorbui, iubeo bes iussi, quod geminato s scribi  
 tur. ¶ In xi prætereunt. q; sex verba huius cōingatio-  
 nis mittunt præteritū in xi, vt frigeo frigēs frixi, con-  
 niueo niues cōnixi, augeo augēs auxi, mulgeo mulgēs  
 mulxi, lugeo lugēs luxi, luceo lucēs luxi. Quattuor in  
 di. q; quattuor verba reperiuntur mittentia præteri-  
 tū in di. & his quæ non geminant in præterito primæ  
 syllabas

LIBER II.

syllabas. Vt video vides, vidi, sedeo sedes sedi, strideo strides stridi, prandeo prandes prandi. Geminantia vero totidem sunt, mittentia quoque præteritum in di mordeo des momordi, spōdeo spondes sponondi, pendeo pendes pependi, tondeo tondes rotondi. ¶ A leo, quod verba composita à leo les siue pleo ples, quæ nō sunt in vsu, mittunt præteritum in cui, vt deleo deles deleui, releo reles leui, depleo ples pleui, repleo reples repleui, suppleo supples suppleui. Deinde subiungit quod duo verba mittunt quoque præteritum in eui, fleo fles fleui, neo nes neui. Et quod hoc verbum cieo cies facit ciui. & hoc verbum oleo oles facit olui, per ui vocales solutas. ¶ Sed veo dat ui, quod verba huius coniugationis desinentia in ueo, faciunt præteritum in ui syllabam, hoc est, per u consonantem, vt foueo foues foui, moueo moues moui, caueo caues caui, voueo voues voui, faueo faues faui.

¶ De præteritis tertiæ coniugationis.

**T**ertia præteritum diuerso sine reponit.

Dat iacio ieci, facio feci. Tamen exi allicio mittit, & pelliceo illiceoque.

Quod spicio verbum componit iungitur illis, Elicio dat ui diuisas, meioque minxi.

¶ De præteritis tertiæ coniugationis.

**T**ertia præteritum, quod verba tertiæ coniugationis plures habent præteriti terminationes quàm primæ & secundæ. & primo agit de verbis habentibus vocalem ante o, deinde de habentibus consonantem. ¶ Dat iacio, quod in cio desinentia verba duo reperiuntur, iacio quod facit ieci, & facio feci. Sed cōposita à liceo licis, & spicio spicis, quæ verba non sunt in vsu, exeunt præterita in exi, vt allicio cis allexi, pelliceo pellicis pellexi, illiceo illicis illexi, aspicio aspicias aspexi, conspicio cōspicis conspexi, respicio

cio

## DE NOMINVM DECLIN.

cio respicis respexi. De compositis à licio is excipitur elicio quod non elexi, sed elicui facit. Meio præterea facit minxi, quod i consonantem habet ante o, nam mingo mingis nescio an vsquam reperiatur, nisi quod in biblia legitur, minxit ad parietem.

Dat fodio fodi, sed dat fugio tibi fugi.  
 Dat rapio rapui, sapio sapui atq; sapiui.  
 Et quatio quassi gemino s, cupioq; cupiui.  
 Dat pario peperi, sed dat capio quoq; cepi.  
 Cœpio non extat, sed cœpi mansit ab illo.  
 V si vocalis præuenerit o tibi purum,  
 Præteritum per ui diuisas ponere debes.  
 At fluo dat fluxi, struo struxi, sed pluo pluui.

¶ Dat fodio. quod in dio vnum tantum reperitur verbum fodio quod facit fodi. Et in gio. vnū quoq; fugio quod facit fugi. Et in pio quinque reperiuntur, Rapio rapis, quod facit rapui. Sapio sapis quod facit sapui & sapiui, & cupio quod facit cupiui, & capio capis quod facit cepi, & cœpio verbum antiquum quod facit cœpi per æ diphthongon. nam cepi quod est à capio pis, nō habet æ diphthongon quanquam sunt qui per æ diphthongon scribi præcipiāt, sed incipio cipis an à cœpio cōponatur, an à capio, non liquet, cum i. breue habeat, videtur à cœpio cœpis cōpositū. ¶ V si vocalis. V litera in sermone latino tres habet vsus: quoniā aliquando est vocalis, aliquando liquida, aliquando cōsonans. Dicit igitur in primis quod verba habentia u vocalem ante o. mittunt præteritum in ui diuisas vt imbuo imbuis imbui, acuo acuis acui, induo is indui, ingruo ingruis ingruui. sed o purum appellat quod non miscetur consonanti. Excipiuntur tria verba. duo facientia præteritum in xi: struo is struxi, fluo is fluxi. & unum in ui: pluo is pluui, hoc est, u consonante præcedente i finalem. Quod si præcedit u liquida vocalis, mittunt præteri-



## LIBER II.

præteritum in xi, vt tinguo is tinxī, linguo is linxi, coquo is coxi, quid si literam liquefcere diximus lib. quinto, estq; uim suam non retinere. Sed hoc uerbum linquo non linxi, sed liqui facit, ne forte coincideret cum præterito huius uerbi lingolinguis.

Si tamen u. liquidum præit o. tunc præterit in xi  
 Vt tinguo, linguo, coquo, sed dat linquere liqui.  
 Quattuor in uo sunt hæc: uoluo soluoq; caluo,  
 In ui præteritum mittentia, Viuoque uixi.  
 Bo finita dabis in bi. sed nubere nupsi.  
 Scriboq; dat scripsi. per ui quæ de cubo ducis.  
 In ui præteritum mittit quod desinit in sco.  
 At conquinisco conquexi mittere debet.  
 (S. tamen ablata) de posco mitte poposci.  
 De disco didici. Sed præteritis caruere.

¶ Verba tamen habentia. u consonantē ante o finalem quattuor reperiuntur in ui syllabā, vt uoluo is uolui, caluo is calui, & unum in xi, vt uiuo uiuis uixi. ¶ Bo finita. agit de uerbis habentibus consonantem ante o. & primo de habentibus b deinceps de reliquis consonantibus. Dicit igitur quod uerba desinentia in bo mittunt præteritum in bi, vt bibo bibis bibi, scabo is scabi, glubo is glubi. Excipiuntur duo mittentia præteritū in psi, vt nubo nubis nupsi, scribo scribis scripsi. Composita uero à cubo as, quæ (vt diximus) cum recipiunt m. literam reducuntur ad tertiam coniugationē in præterito amissa m. faciūt bui, quemadmodū suum simplex, vt incubo bis incubui, succumbo bis succubui, recumbo bis bui. ¶ In ui præteritum. q. uerba desinentia in sco, ablata s. mittunt præteritum in ui syllabam, vt concupisco concupiscis concupiui, ascisco asciscis asciiui, discisco is sciiui, conscisco is. cōsciiui. Excipitur tamen conquinisco quod mittit in præterito conquexi. Pomponius apud Priscianum libr. x.

## DE PRAETER. VERB.

Accessi, inquit, ad patrem, prendi manum in terra ut accubabat nuda ad eum: ut cōquexi interim mulieres conspiciunt. Et hoc verbum posco poscis, quod facit poposci. & hoc verbum disco quod facit didici cū compositis suis ( ut in principio huius capitis diximus ) ut addisco addiscis addidici, dedisco dediscis dedidici. Sed verba inchoatiua vulgo appellata, quæ Valla dicit continuum incrementum significare, carēt præteritis atq; ex consequenti supinis, aut mutantur ea à suis primitiuis, ut tepesco tepescis tepui, frigesco frigesceis frixi. ..

Glisco cum uerbis quæ dicunt inchoatiua,  
 Aut certe capiunt à uerbis unde trahuntur,  
 Compesco dat ui, dispesco iungitur illi.  
 Ico dat ici, vincoq; vici, parco peperci,  
 Seu parsi, dico dat dixi, ducoq; duxi.  
 O mutatur in i si uerbum desinit in do,  
 N tamen amittunt tria, scindo, fundoq; fundo.  
 Sed geminat tundo tutudi, cædoq; cecidi,  
 Pendo pependi dat, cecidi cado, pedo pepedi,  
 Atq; tetendi dat tendo, sed di geminatur  
 A do compositis, his credo uendoq; iunges.

¶ Glisco, quod ipsum inchoatiui formam habet, præterito etiam caret. Hoc præterea uerbum compesco compescis facit compescui, & dispesco dispescis, dispescui.

¶ Ico quoque facit ici, & vinco vincis vici, & parco parcis peperci siue parsi, & dico dicis dixi, & duco ducis duxi. ¶ O mutatur, q; uerba desinentia in do faciunt præteritum in di, do mutata in di, ut scando scandis scandi, pando pandis pandi, defendo defendis defendi, offendo offendis offendi. Deinde dicit quod tria uerba facientia præteritum in di, amittunt u. litteram in præterito: scindo scindis scidi, fundo fundis fidi, fundo

LIBER II.

fondo is, fudi. Sex præterea verba geminant primas  
 syllabas: tundo is, tutudi, cædo is. cecidi, pendo is. pe-  
 pendi, cado is. cecidi, pedo is. pepedi, tendo is. tetendi.  
 Cõposita quoque à do as. dedi, geminant in præterito  
 di: vt addo is, addidi, perdo is, perdididi, trado is, tradidi  
 & addit duo verba quæ etiam à do das composita  
 sunt, sed ideo exprimuntur: quia de illorum compositi-  
 one poterat quis dubitare, ea sunt: credo credis cre-  
 didi, dictum quasi cretum do, vendo vendis vendidi,  
 quasivenum do.

In si prætereunt hæc: claudio, diuido, plaudo .  
 Et ludo, lædo cum rado, rodóque trudo,  
 Et vado, cudo dat cussi, cedoque cessi:  
 In go quod verbum finitur præterit in xi,  
 Spargo sparsi, mergo marsi, tergóque terfi,  
 Et vergo verfi, prædictis iungito verbum.  
 Egi mittit ago, lego, frango, pangoque iunges,  
 Quod dedit & pepigi vel panxi, pūgóq; pūxi,  
 Sed dabit & pupigi, tetigi sed dat tibi tango,  
 A veho dic vexi, sed de traho dicito traxi.  
 Lo finita lui mittunt, dat fallo fefelli.  
 Et pello pepuli, tollo tetuli dedit olim,  
 Percello tibi dat perculsi perculerátque .  
 Exculit excello, de fallo dicito falli,  
 Vello dat velli vel vulsi, psallóque psalli.

¶ In si . quod vudecim verba quæ hic ponuntur mittunt  
 præteritum in si, diuido diuidis diuisi, plaudo plaudis  
 plausi, claudio claudis clausi, lædo lædis læsi, rado is,  
 rasi, rodo rodus rosi, trudo is trusi, vado is. vasi, cudo  
 is. cussi, cædo is. cessi, quæ duo ultima geminant s.

¶ In go. quod verba huius coniugationis finita in go,  
 mittunt præteritum in xi. vt figo gis, fixi. ci, go gis.  
 inxi

## DE PRAETERIT. VERBOR.

cixi, pungo is, punxi, tingo tingis. tinxī, fingo is.  
 finxi, angō is, anxi. Excipiuntur quatuor verba fa-  
 cientia præteritum in ū: spargo spargis, sparsi. mergo  
 mergis merſi. tergo tergis terſi. vergo vergis, verſi.  
 ſed ſecundum Diomedem verxi facit. Tria quoque  
 faciunt in egi: ago is, egi, lego legis legi, pango pangis  
 pegi, quod etiã facit pepigi & panxi per regulã. pun-  
 go quoq; per eandem regulam facit punxi, facit quo-  
 que pupagi, & tango gis tetigi. ¶ A veho. quod in ho-  
 duo tantum reperiuntur verba: veho velis quod fa-  
 cit vexi, & traho trahis quod facit traxi. Lo finita. q̄  
 verba huius coniugationis deſinentia in lo, mittunt  
 præteritum in lui, vt molo is molui, colo colis colui,  
 volo vis volui. Excipiuntur aliqua verba aliter fa-  
 cientia præteritum, ea ſunt: fallo is feſelli, pello is pe-  
 puli, tollo is, quod apud antiquiores fecit tetuli, apud  
 iuniores ſuppletur à ſuo composito ſubſtollo ſuſtuli.  
 Percello is quod duplex habet præteritum percuſſi &  
 perculi, ſed poſuit pluſquã perfectũ pro præterito,  
 nam perculerat ab eo quod eſt perculi formatur. Ex-  
 cello quoq; facit exculi & per regulã excellui, & fallo  
 lui, pro eo quod eſt ſale condire, & vello vellis facit  
 velli vel vulſi. Et pſallo is verbum græcum pro eo qđ  
 eſt canto facit ſpalli.

Mo tibi mittit ui diuiſas, ſed dabis in pſi  
 Quatuor hæc: como cū demo, ſumoq; promo.  
 S. duplici preſſi premo dat, ſed emo facit emi,  
 Pono dat poſui, gigno genui, ceciniq;  
 Dat cano, ſed per ui quæ componuntur ab illo.  
 Temno dat tempſi, ſino ſui cernoq; creui.  
 Et ſperno ſpreui, ſed ſterno mittit in aui.  
 De lino dic lini vel liui, dic quoq; leui.  
 In po pauca dabis mittentia præteritum in pſi.  
 Sed ſtrepo dat ſtrepui, de rumpo fit tibi rupi.

¶ Mo tibi. quod verba huius coniugationis deſinentia

H

in

LIBER II

in mo. mittunt præteritum in ui diuisas. vt vomo is vomui, tremo, is tremui. fremo is fremui, gemo is gemui. Excipiuntur quatuor verba mittentia præteritum in psi: como is compsi. demo is dempsi, sumo sumis sumpsi, promo promis prompsi. Et subdit quod hoc verbum premo facit pressi, cum duplici s. & hoc verbum emo facit emi. ¶ Pono dat. quod ex verbis in no desinentibus, pono ponis facit in præterito posui, & gigno is facit genui, & cano is facit cecini, sed ab illo composita, quemadmodum in principio huius cap. diximus. mittunt præteritum in ui diuisas. præcino præcinis præcinui. occino is occinui, concino is concinui. Temno is facit tempsi & ab eo compositum contēno facit contempsi, & sino is siui, & cerno is creui, quod est commune præteritum ei quod est à cresco is creui, sperno quoq; facit spreui, sterno strauui, lino is triplex habet præteritum lini, lini & leui. ¶ In po. quod in po desinentia verba huius conjugationis pauca reperiuntur, eaty mittunt præteritū in psi, hæc fere: carpo is carpsi, serpo is serpsi, repo is repsi, scalpo is scalpsi. clepo is clepsi. Excipiuntur duo verba strepo strepis quod facit strepui & rumpo rumpis quod facit rupi.

Dat verro uerri vel versi, dat gero gessi.  
 Mittis ab vro vlli, de curro mitte cucurri.  
 Quæro quæsiui, tero triui dat, sero seui.  
 Cuius compositum per ui mittatur & eui.  
 So tibi dat siui, tria dant si, viso capesso.  
 Atq; facesso, sed de pinso pinsuit exit.  
 Xi duo dant plecto cū flecto, sed duo dant xi,  
 Siue xui necio cum pecto, quod dat & iui.  
 Dat mitto misi, de verto ponito verti.  
 Stertuit à sterto, ineto messui, atq; petiui  
 A peto, sed sisto stiti mittit, steteratq;  
 Nexo præteritum per ui dat, texoq; iunges.

Dat



## DE PRAETERIT. VERBOR.

¶ **D**at verro. & ex verbis huius coniugationis, desinentibus in ro, verro is facit verri vel verri, & gero is facit gessi per duplex s, & vro is facit vssi per duplex q-que s, & curro is quod facit cu:urri, & quaero is quod facit q̄sui, & tero is, quod facit triui, & sero is quod facit seui. Cuius cōposita duplicia habent praeterita per ui diuisas, quemadmodum & suum simplex apud antiquiores habuit serui, & in eui vt consero is conserui vel cōserui, infero is inferui vel inseui, assero is asserui vel asseui. Caetera vero composita per ui diuisas tantum mittunt, vt desero is deserui, dissero is disserui. ¶ **S**o tibi, quod huius coniugationis verba desinentia in so, mittunt praeteritum in iui: vt accerso is accersui, arcesso is arcessui, lacesso is lacessui, quaeso is quaesui. Excipiuntur tria verba facientia praeteritum in si, viso is visi, capesso is pessi, facecco is cessi, sed pinso is facit pinsui. ¶ **X**i duo dant, quod huius coniugationis verba in to, desinentia duo mittunt praeteritum in xi, plecto is, xi, flecto is flexi. Duo quoque mittunt in xi, siue xui, necto is, nexi vel nexui, pecto is pexi vel pexui, quod & reperitur facere peccui, hoc quoque verbum mitto facit misi, & verto facit verti, & sterto facit stertui, meto is, messui, & peto is, facit petui, sisto cum est actiuum facit stiti, eum vero est absolutum facit steti. ¶ **N**exo, quod huius coniugationis verba duo reperiuntur desinentia in xo, mittentium praeteritum in ui, diuisas, nexo, is, xui, texo is, xui.

¶ De praeteritis quartae coniugationis.

**Q**uartae praeteritū prope sēp mittit in, iui.  
 ¶ In xi praetereūt duo, fancio, uincio, tantū  
 Dat i alio salui, micui facis ex amicire.  
 Sepio dat sepsi, sed ab haurio mittitur hausi.  
 Quorum praeterita plerunq; reponis in iui.  
 Fulcio, fancio, fancio, raucio, sentio dant si.  
 Et uenio ueni. Sed quae pario tibi format,

## LIBER II

Præteritum per, ui. diuisas mittere debent.  
Comperio dat eri, cui iungitur & reperire.

### ¶ DE PRAETERITIS quartæ coniugationis,

**Q**uartæ præteritum. quod quartæ coniugationis verba prope semper mittunt præteritum in iui. vt audio audis audiui. nutrio nutris nutritiui. scio. is. sciui. parturio. is. parturiui. Duo facientia præteritum in xi. sancio sanxi. vincio vinxi. Et duo quoq; faciētia in ui. diuisas. salio. is. salui & amicio. is. amicui. Duo præterea facientia in si. sepio, sepius, sepsi, haurio, is. hausi. quæ omnia nonnunq̄ exeunt in. iui. p regulam, vt sancio, is. sanciuui. vincio, is, vinciuui. salio, is. saliuui. amicio, is, amiciui. sepio, is. sepiuui. haurio, is. hauriuui. ¶ Fulcio quod quinq; huius cōiugationis verba vltra duo superiora mittunt præteritum in si. fulcio. is. fulsi. farcio, is. farsii. farcio, is. farsii. raucio, is. rau si. sentio, is. sensi. Sed hoc verbum venio venis facit veni. Composita vero à pario paris mittunt præteritum in, ui. diuisas, vt aperio aperis aperui. opperio opperis opperui. cooperio cooperis cooperui. duo tamen mittunt in eri. comperio comperis comperi. reperio reperis reperi.

### ¶ De supinis verborum. Cap. v.

**P**ræteritis in bi. tum iuncta pone supinum. In ci. finitis etum. debes ponere semper. Dat parsi parsum: per itum. sed mitte peperci. Ex di. præteritis in sum trans mitte supina. (Dū deo presentis dio. uel do. in sū. uarietur.) S. geminat sedeo sessum, fodeo quoq; fossum. Scindoq; scissum. findoq; fissū. pādoq; passum. N. tamen amittunt cum fundo tundoq; tusum. Dattamen & tunsū, de tendo dicitō tensum

Vd

DE SUPINIS VERBOR.

Vel tentū, sed edo dabit estum, mittit & esum.  
 Ado. pone datum, sed quæ componis ab illo  
 Si non sunt primæ per itum. misere supinum.

¶ De supinis verborum.

**P**Ræteritis in bi. quod verba quæ fecerunt præteritum in bi. faciunt supinum super, bi. assumpta. tum. vt bibo, is. bibi bibitum. glubo, is. glubi glubitum. ¶ In ci. quod verba quæ faciunt præteritum in ci. faciunt supinum in ctum, vt facio, is. feci factum. iacio, is. ieci iactum. tamen hoc verbum parco (quod duplex habuit præteritum) ab eo quod est par si facit parsum, ab eo quod est peperci facit parctum. ¶ Ex. di. quod verba facientia præteritum in di. faciunt supinum. deo vel. dio. vel. do. præteritis mutata in sum, vt mordeo es. momordi morsum. tondeo, es. totondi tonsum. fodio, is. fodi fossum. scando, is. scandi scansum. Deinde dicit quod quinque verba gemināt in supino s. literam. sedeo, es. sedi sessum. fodio, is. fodi fossum. scindo, is. scidi scissum. findo, is. fidi fissum. pando pandis, pandi passum. Sed tria hæc posteriora cum duobus quæ sequuntur (hoc est fundo & tundo) amittunt in supino n. literam, vt fundo fustum. tundo tusum: quod etiam aliquando retinet n. vt tundo tunsum. Deinde subdit: quod hoc verbum tendo, is. tetendi, duplex habet supinū tensum vel tētum. & hoc verbum edo is. edi habet estum vel esum. Dicit præterea quod hoc verbum do das dedi: facit in supino datū. Composita vero ab illo quod declinantur per tertiam coniugationem mittunt supinum in itum, vt addo is. addidi additum. trado is. tradidi traditum. Et duo quoque de quibus diximus non liquere an essent à do composita, credo is. credidi creditum. vendo is. vendidi venditum.

Actum mittit ago, cum pango tangoque frango.  
 Dat fugitū fugio, lego lectū, pungoque punctū,  
 Dat fallo falsum; fallo falsum atque salitum.

LIBER II

Vello vulsum, pello puium, tolloq; latum.  
 Percello culsum dabit excello quoq; celsum.  
 Emptū mittit emo, venio ventū, cano cantum.  
 Et rumpo ruptū, capio cum cœpio dant ptum.  
 Dat linquo liētum, cui iunges compositiua.  
 De curro cursum, de verro ponito versum.  
 Dat pario paritum vel partum, compositumq;  
 Quod venit à pario semper mittatur in ertum.

¶ Actum mittit ago. quod ex verbis facientibus præteritum in gi, ago agis egi facit actum, & pango pangis pepigi pactum. & tango is tetigi facit tactum, & frango is tregi facit fractum, & fugio is facit fugitū, & lego legis facit lectum, & pungo is punxi facit punctum. ¶ Dat fallo, quod ex verbis quæ fecerunt præteritum in li. fallo is fefelli facit falsum, fallo listalli falsum siue salitum, vello is velli vultum, pello is pepuli pulsum, tollo is tetuli latum, percello is perculsi percultum, excello is exculi excelsum. ¶ Emptum mittit emo. quod ex verbis quæ fecerunt præteritum in mi, vnum tantum reperitur, emo emis emi, cum suis compositis quæ faciunt emptum. Et in ni duo, venio venis cum suis compositis facit ventum, & cano is cecini quod facit cantum. Et rumpo ruptū. In pi. tria verba mittunt præterita, rumpo is rupi quod facit ruptum, capio is cœpi quod facit captum, cœpio is cœpi à quo tantum est in vsu præteritum cœpi & tempora quæ formantur ab eo: facitq; in supino cœptum. ¶ Dat linquo, quod hoc verbum linquo cum suis compositis mittunt supina in etum, vt linquo liētum, quod non est in vsu: sed in compositis reperitur, vt delinquo deliētum, relinquo reliētum. ¶ De curro. quod ex verbis facientibus præteritum in ri, curro ris cucurri facit cursum, pario is peperit partum vel paritū. Sed cōposita ab illo semper faciunt supinum in ertum, vt reperio is reperi repertum, comperio comperis cōperi com

## DE SUPINIS VERBOR.

compertum, etiam ab ijs quæ miserunt præteritum in  
ui diuisas, vt aperio aperis aperui apertum, opperio  
is opperui oppertum.

In si præteritum plærunq; reponitur in sum.  
S. geminat missum de mitto, cædoq; cæssum.  
Et cudo cussum, iubeo iussum, premo pressum.  
Indulsi indultū dat & indulsum, gero gestum.  
Tortū vel torsum dat torqueo, at uro dat ustū.  
Sarcio fartum, farcio fartum, fulcio fultum.  
Haustū vel hausum, dedit haurio, cābio cāpsū.  
Quod si præteritū dat psi. ptum. pone supino.  
Statum siue statum dat sto cum sisto. sed illud  
Quod sto cōponit dat itū, quandoq; dat atum.  
Quæ tibi dat sisto per itum, misere supina.  
Vertoq; dat versum. De xi ctū. mitte supinū.

¶ In si præteritum, quod verba mittentia præteritum  
in si, faciunt supina in sum, vt ludo dis lusi lusum, clau  
do is clausi clausum, ardeo des arsi arsum. Sed hoc ver  
bum mitto is facit in præterito misi & in supino mis  
sum per duplex ss, & cædo dis cæssi cæssam. & cudo  
is cussi cussum iubeo bes iussi iussum, & premo is pres  
si pressum, omnia per duplex quoq; ss. Deinde subdit:  
quod hoc verbum indulgeo indulges indulsi facit in  
dultum vel indulsum, & quod hoc verbum torqueo  
torques torsi facit tortum vel torsum, & vro vris vs  
si vssum, sarcio sarcis farsis facit fartum, & farcio far  
cis farsis fartum, & fulcio fulcis fulsi fultum, & haurio  
hauris hausi haustum vel hausum, & cambio cambis  
cuius præteritum est in dubio facit campsum.

¶ Quod si præteritum, quod verba facientia præte  
ritum in psi mittunt supina in ptum, vt scribo scribis  
scripsi scriptum, carpo is carpsi carptum, scalbo scal  
pis scalpsi scalptum. ¶ Statum siue statum, quod hoc



## LIBER II

verbum sto stas facit steti & in supino statum prima  
 indifferenti quod significatur cum dicit statū prima  
 longa, & statum prima breui: quam rationem sequi-  
 tur hoc verbum sisto sistis, sed statusitata statū semper  
 breuiatur. Staturus statura staturum semper produci-  
 tur: composita vero à sto stas, si mutant a. in i. in su-  
 pino: penultima breuiatur: vt consto as, constitui con-  
 stitum, præsto as præstiti præstitum. Insto instas institi  
 institutum. Si non mutant a. in i. producant. vt con-  
 sto constas constitui constatum, præsto præstas præstiti  
 præstatum, insto instas institi instatum. Cōpōsita ve-  
 ro à sisto sistis breuiant penultimā: vt circūsisito sistis  
 circumstiti circumstitum, assisto assistis astiri astitum.  
 Sisto sistis steti, cum actiuum est ego nō aduerim ha-  
 bere supinum in atum: sed prima producta: vnde est  
 stator statoris, pro eo qui sistit aliquem in loco, vel  
 coram magistratu, sed de syllabarum quantitate alte-  
 rius loci est disputatio. ¶ De xi. etum. quod verba quæ  
 fecerunt præteritum in xi. mittunt supinum in etum  
 vt viuo viuis vixi victum, dico dicis dixi dictum, di-  
 ligo diligis dilexi dilectum.

N. tamen admittunt hæc, pingo stringoq; fingo  
 Ringoq; cū meio, sunt qui dicant quoq; mingo  
 Necto, fluo, figo, cū plecto, flectoq; dat xum.  
 Mittit itum. quod ui. diuisas præteritum dat.  
 Sed necui nectum, fricui frictum, seco sectum.  
 Censeo censum, misceo mixtum, torreo tostū,  
 Et doceo doctum, teneo tentum, pateoq;  
 Dat passum, careo cariturus dat quoq; cassus.

¶ Sunt tamen quædam verba quæ tamen si per regu-  
 lam mittunt supina etum. amittunt tamen n. literam:  
 hæc scilicet, pingo pingis pinxi pictū, stringo stringis  
 strinxi strictum. Fingo gis xi etū, ringo ringis xi ri-  
 ctū, meio vel mingo mingis minxi mictū. Deinde di-  
 ct

## DE SUPINIS VERBOR.

est quod quinque verba facientia præteritum in xi.  
 mittunt supina in xum, necto nectis nexi nexum, fluo  
 fluis fluxi fluxum, figo figis fixi fixum, plecto plectis  
 plexi plexum, flecto flectis flexi flexum. ¶ Mittit itū.  
 quod facientia præteritum per ui. diuisas mittunt su-  
 pina in itum. vt domo as itum, noceo ces nocui itum,  
 vomo isui itum. Excipiuntur quædam verba aliter  
 facientia supinum: hæc videlicet, neco necas necui  
 nectū, frico as fricui frictū, seco as secui sectum, censeo  
 ses cēsui censum, quod etiā ex proportione fecit cēsui  
 censitum per regulam, misceo ces miscui mixtum,  
 torreo es torrui tostum, doceo es docui doctum, teneo  
 tenes tenui tentum, pateo es patui passum careo es  
 carui caritum vel cassum. Sed à caritu fit participium  
 futuri cariturus, à cassu fit participiū præteriti cassus.

*Et per præteritum in utum*

Si præsens dat uo. disiunctas, exit in utum.  
 Sed ruitum semper ruo dat: quæ ducis ab illo.  
 Dant tibi semper utū, rapio raptū, meto messū.  
 Consulo cōsultū, colo cultū, excelloq; celsum,  
 Deq; alo, dic alitū, dat & altū, ast oculo cultū,  
 Pinso pistum, texo textum, nexoque nexum.  
 Pectoque dat pexus & pectitus. Et tamē entū.  
 Quod cano cōponit. pario & sero mittit in ertū  
 Amicio dat etum. dat amixi, datque amiciui.  
 In ui. præterito, ui. semper vertitur in tum.  
 Poto dat potum, lauo lotū, & vtrūq; dat atum.  
 Et caueo cautum, faueo fautum, sed adultum.  
 Mittitur ex adolet, de pasco mittito pastum.

¶ Deinde dicit, quod hoc verbum ruo ruis per regulā  
 superius traditam facit ruitum: ab illo tamen cōpo-  
 sita omnia faciunt in utum, vt obruo is obrui obrutū,  
 diruo is dirui dirutū. eruo is erui erutū. Deinde subdit  
 quod hoc verbum rapio rapis, rapui facit raptum

H 5 & meto

## LIBER II.

Et meto is messui messum, & consulo is consului cōsultum, & colo is colui cultū, & excello is ui excelsum, & ab alo alis alui, per regulam facit alitum. Sed cum facit altum excipitur à regula, & occulo lis lui facit occultum, & pinio is sui facit pistum, texo is xui facit textum, & nexo is nexui facit nexum & pecto is xui facit pexum, & pectiturum, Sed cōposita à cano is, quæ diximus facere præteritum in ui. diuisas, mittunt supina in entum, vt accino is nui accentum, concino is nui contentum, occino is nui occentum, Composita quoque à pario is, & à sero is, faciunt supina in ertum, vt cooperio is ui ertum, aperio is ui ertum. assero is ui assertum, consero is ui consertum, Deinde subiungit quod hoc verbum amicio amicis amicui vel amixi vel amiciui. semper facit in supino amictum. ¶ In ui. præterito. quod verba facientia præteritum in ui. faciunt supina ui. mutata in tum, vt amo as aui atū, foueo es foui forū, cupio is iui itum, audio is iui auditum, Excipiuntur quædam aliter exeuntia potio as aui potum, lauo as laui vel lauui lorum, quæ & ipsa aliquando per regulam faciunt potatum & lauatū, caueo es aui facit cautum, & faueo es faui facit fautum, & adoleo es eui facit adultum, & pascio pascis pauui facit pastum.

Dat gnitus. agnosco cognosco q̄, dat sero satū.

Infitus inseui, conseui consitus. Atqui

Dant utum. soluo cum voluo, veneo venum.

Et salio saltum, mittit sepelire sepultum.

¶ De supinis verborum deponentiū  
& communium. Cap. vi.

¶ Dat gnitus. q̄ hæc verba agnosco is cognosco is, faciunt gnitus. i. agnitū & cognitū in supino. Et sero is seui facit atum. duo tamen ab illo composita, inseui is in supino facit infitum & consero conseris conseui facit consitum. Deinde subdit quod hoc verbum soluo is ui facit solutum, & voluo is volui facit volutum,

DE SUPINIS VERBOR.

tum, & hoc verbū veneo venis veniui, facit in supinō  
venum, & hoc verbum falio lis falui vel liui, facit falū  
& hoc verbum sepelio lis sepeliui, facit sepulchrum.

¶ De supinis verborum deponentiū & communium.

**D**eponentium & communium. Superiores re-  
gulæ traditæ sunt de supinis verborum acti-  
uæ vocis quorum notitia pendet à præterito  
perfecto Indicatiui modi, quo cum verba deponentia  
carent ostendit qua ratione supina illorum inueniri  
possunt. Ea autem est, vt ex analogia fingamus vocē acti-  
uam, & ita perueniemus ex regulis præteritorum ad  
agnitionem supinorum.

**D**eponentium & communium verborum supi-  
na fiunt ex proportione vocis actiuæ, vt:  
Lætor aris. Læto as auiatum. Vereor eris. Ve-  
reo es rui ritū. Fungor geris. Fungo is, funxi functū.

¶ Pauca tamen quæ sequuntur aliter exeunt.

Reor reris ratum. Misereor eris miserum. Fateor fa-  
teris factum. Gradior graderis gressum. Patior pate-  
ris passum. Loquor loqueris locutum. Sequor seque-  
ris secutum. Fruor eris frutum vel fruitum. Labor  
laberis lapsum. Comminiscor eris, commentum.

Proficiscor sceris profectum. Nanciscor sceris nactū.  
Paciscor pacisceris pactum. Adipiscor sceris adeptū.  
Vlciscor vlcisceris vltum. Obluiscor sceris oblitū.  
Expergiscor sceris rectum. Defeciscor defecisceris fes-  
sum. Queror quereris questum. Vtor vteris vsum.

Nitor niteris nisum vel nixum. Complector ceteris  
plexum. Amplector amplecteris amplexum. Tucor  
tueris tutum vel tuitum. Tuor tueris tutum vel tui-  
tum. Ordior iris orsum vel orditum. Experior riris  
expertum. Metior metiris mensum. Morior more-  
ris, mortuus moriturus. Orjor eris vel iris ortus tu-  
rus. Nascor nasceris natus turus.

¶ Verba actiua supinis carentia. Cap. vii.

**A**Reco arces arcui. Vrgeo vrges vrssi. Timeo  
times timui. Metuo is metui. Luo luis lui.  
Respuo respuis respui.

Linguo

## LIBER II.

Linguo lingis linxi. Linq̄uo linq̄uis liqui. Caluo cal̄nis calui. Lambo lambis lambi. Scabo scabis scabi. Compesco compescis compescui. Dispesco dispescis dispescui. Disco discis didici. Scando scandis scandi. Ango angis auxi. Ambigo ambigis ambegi. Tollo tollis tetuli. Pfallo pfallis pfalli. Cerno cernis creui.

¶ Neutra supinis carentia.

Aestuo aestuas aestuauit. Ardeo ardes arsi. Strideo strides stridi. Fulgeo fulges fulsi. Turgeo turges tursi. Lugeo luges luxi. Frigeo friges frixi. Conniueo conniues connixi. Conquinisco conquiniscis conquexi. Sido sidis fidi. Rudo rudis rudi. Dego degis degi. Satago satagis sategi. Sterto stertis stertui. Obedio obedis obediui.

¶ Et verba secundæ cōiugationis mittentia præteritum in ui syllabas præter hæc sex verba.

Placeo places placui placitum. Noceo nocēs nocui nocitum. Valco vales valui valitum. Doleo doles dolui dolitum. Soleo soles solui solitum. Pateo pates patui passum.

¶ Deponentia supinis carentia.

Reminiscor reminisceris. Vescor vesceris. Medeor mederis. Liceor liceris. Liquor liqueris. Opperior opperiris.

¶ Carent etiam supinis verba præteritis carentia, vt:

Aio ais. Ferio feris. Furio furis. Glisco gliscis.

¶ Et verba quæ dicuntur inchoatiua. vt:

Palleſco palleſcis. Turgeſco turgeſcis. Tepeſco tepeſcis.

### CAPVT VIII.

¶ De varietate quadam verborum.

**V**erba diuersis coniugationibus declinata sunt: Lauo lauas, Lauo lis. Arto artas, Artio artis. Sono sonas, Sono sonis. Denſo denſas, Denſeo Denſes.

¶ Et cōposita à cubo as, vt: Accubo as, Accumbo his. Pro: ubo



## DE VARIETATE VERBOR:

Procubo bas, Procumbo bis. Recubo bas, Recumbo  
Recumbis. Succubo cubas, Succumbo cumbis. Nexo  
as, Nexo xis. Strideo strides. Strido is. Fulgeo ges, Ful  
go gis. Tergeo ges, Tergo gis. Claudeo des, Claudio  
dis. Conniueo ues, Conniuo is. Caueo caues, Cauo is.  
Rideo des, Rido dis. Excelleo les, Excello is. Cio es,  
Cio cis. Pario is, parere & parire. Pottor poteris & po  
tiris. Orior oreris & oriris. Morior moreris & riris.

¶ Verba diuersarum coniugationum,  
sed diuersi generis:

Albo albas, Albeo albes. Duro duras, Dureo dures.  
Liquo quas, Liqueo liques. Liqueo scis, Liquor eris.  
Miseror raris, Misereor eris. Medico as, Medeor eris.  
Tueor eris, tutus vel tuitus. Tuor eris, tutus vel tuitus

¶ Verba variæ significationis & diuer  
sarum coniugationum.

Mando as, Mando is. Fundo as. Fundo is. Dico as, di  
co dicis. Prædico as, Prædico cis. Abdico eas, Abdico  
cis. Volo as, Volo vis. Lego as, Lego is. Sero ras, Sero  
ris. Educo as, Educo is. Appello as, Appello is. Com  
pello as, Compello is.

¶ Eadem præterita à diuersis instantibus.

Acceo es acui, Acuo is acui. Frigeo ges frixi, Frigo gis  
frixi. Luceo es luxi, lugeo luges luxi. Fulgeo ges fulsi,  
Fulcio cis fulsi. Paueo es paui, Pasco pascis paui. Pen  
deo es pependi, Pendo is pependi. Cerno is creui, Cre  
sco is creui. Fero fers tuli, Tollo is tuli. Sto stas steti,  
Sisto is steti.

¶ Præterita duplicia ab eodem verbo.

Plico cas plicui vel plicau. Neco cas necui vel necau.  
Lauo as laui vel lauau. Sorbeo es sorpsi vel sorbui.  
Sapio is sapui vel sapiui. Parco cis peperci vel parsi.  
Pango gis pepigi vel panxi. Pungo is pupugi vel pun  
xi. Vello is velli vel vulsi. Lino is lini vel liui vel leui.  
Sino is sini vel suui. Verro is verri vel verfi. Necto is  
nexui vel nexi. Pecto is xui vel xi vel pectui. Sancio  
cis sanxi vel fanciui. Vincio is vinxi vel vincui. Salio  
lis salui vel salui. Amicio amicis amicui vel amiciui.  
Sepio

## LIBER II.

Sepio sepiis sepsi vel sepiui. Haurio is haussi vel riuſ.

¶ Supina eadem à diuersis verbis.

Verro is versum. Verto is versum. Pateo pates passum. Pando is passum. Patior pateris passum.

¶ Supina duplicia ab eodem verbo.

Torqueo es tortū vel torsum. Tendo is tēum vel ten sum. Abicondo is abscōdi absconditū vel absconsum.

Alo is alitum vel alrum. Figo is fiētum vel fixū. Fluo is fluctum vel fluxum. Ruo ruis rutum vel ruitū. Nitor teris nisum vel nixum.

¶ De compositione verborū cum præpositionibus.

¶ Præpositiones cum veniunt in compositione cū verbis aut corrumpuntur, verbi integritate manente, vt pouo is, impono is. Aut ipsis manētibus integris verba corrumpuntur, vt facio perficio. Aut inuicē præpositiones & verba corrumpuntur, vt impeto as, Aut vtrunq; manet integrum, vt infundo is. Sed quemadmodum præpositiones corrumpantur in eadem parte quæ est de orthographia differitur, nunc quæadmodum verba corrūpuntur dicimus, monentes in primis præpositiones in compositione aliquādo augere verbi significatiouem, vt amo amas, deamo as: aliquādo minuire, vt doceo es, dedoceo es: aliquando in totum mutare, vt mico as, dimico as.

¶ De verbis mutantibus a in e.

Lacteo as, delecto, oblecto. Mando as, cōmendo as. Patro as, perpetro impetro. Halo as, anhelō. Sacro as, cōfeco execror. Damno as, condemno, indemno. Apto as, ineptio, ineptior. Tracteo as, obtrecto as, cōtrecto as. Arceo es, cōercen, aberceo. Pario is, comperio reperio. Pasco is, compesco dipsesco. Scando dis, descendo, conscendo. Parco cis, deperco is. Fatisco is, defetiscor. eris. Spargo is, dispergo conspergo. Carpo is, decerpo concerpo. Paciscor ceris, depeciscor ceris. Partior tiris, impertior, dispertior. Patior eris, perpetior eris. Gradior eris, cōgredior. Farcio is, cōfercio, refercio.

¶ De mutantibus a in i.

Amico as, inimico cas. Manco nes, immineo, emineo. Tacco

## DE COMPOSIT. VERBOR.

Taceo es, conticeo, reticeo. Placeo plāces, displiceo.  
 Complaceo non mutat a. Habeo es, adhibeo colūbeo.  
 Lateo es latui, deliteo es tui. Fateor eris, cōfiteor diffi-  
 teor. Iacio is, adiicio, proiicio, reijcio. Facio is, afficio,  
 perficio, deficio. Sapiro is, resipio vel resipisco. Rapiro  
 is, diripio is, corripio, arripio. Capiro is, accipio is, per-  
 cipio, cōcipio. Cado is, occido is, cōcido, decido. Cado  
 is, incido is, cōcido occido: Lēdo is, allido collido. Qūe-  
 ro is, acquiro cōquiro, ago is, adigo prodigo, redigo.  
 Frāgo is, cōfringo, perfringo. Tāgo is, cōtingo, attin-  
 go. Pango is, impingo, compingo. Cano is, accino, con-  
 cino, p̄cino. Salio is, affilio, resilio, defilio.

¶ De mutantibus au in o, e, vel u.

Plaudo is, complodo, explodo. Audio is, obedio edis.  
 Claudio concludo, fraudo defrudo.

¶ De mutantibus a in u.

Quatio is, concutio, discutio. Salto as, resulto, assulto,  
 insulto. Calco as, conculco, proculco. Scalpo is, excul-  
 po, insculpo. Capiro is, occupo as aui.

¶ De mutantibus e in i.

Teneo es, contineo, pertineo. Sedeo es, assideo, confi-  
 deo. Rego is, arrigo, dirigo, erigo. Lego is, colligo, di-  
 ligo, intelligo. Emo is, adimo, perimo, eximo. Premo  
 mis, apprimo, comprimo.

¶ De mutantibus u in e.

Iuro iuras, deicero deieras, peicero peieras.

¶ De quibusdā alijs verborum considerationibus.

¶ Si in prima verbi positione fuerit a, etiam si in præ-  
 terito mutetur, semper manet in supinis. vt:

Do das dedi datum. Sto stas steti statum. Pario ris  
 peperit partum. Tango gis tetigi tactum. Fallo fal-  
 lis fefelli falsum. Frango is fregi fractum. Facio is  
 feci factum. Iacio is ieci iactū. Cado is cecidi casum

Si in compositione verbi a mutatur in i, aliquando in  
 præterito manet e simplicis, & a in supinis. vt:

Frango is fregi fractū: Infringo gis infregi infractū.  
 Pango is pepigi pactum. Impingo is impegi impactū.  
 Ago is egi actum, Adigo is adegi adactum.

Aliquando

## LIBER II.

Allquando a . supini verbi simplicis vertitur in e, vt  
 Facio facis feci factum . Conficio conficis confeci  
 confectum, Iacio iacis ieci iactū . Coniicio is conieci  
 coniectum . Capió is cepi captum . Concipio is con  
 cepi conceptum . Rapio is rapui raptum . Corri  
 pio corripis corripui correptum . Cano canis cecini  
 cantum, Occino is occinui occentum .

Sunt verba quæ in compositione mutant coniugatio  
 nē: vt do das dedi, Reddo is reddidi, Addo is addidi,  
 Cubo cubas cubui, Accumbo bis accubui, Procum  
 bo procubui.

Facio facis feci . Amplifico as amplificauī, Sapio sapīs  
 sapere, Resipio resipīs resipere.

Sunt etiam verba quæ mutant genus in compositione  
 vt eo is, quod est neutrum, Prætereo is: Adeo adis,  
 & ferè omnia composita ab illo, quæ sunt actiua, Præ  
 terea facio cis quod non habet facior faceris. Perfici  
 o is habet perficior perficeris. Mutat etiã genus in  
 cõpositione versificor aris, quod est deponens.

Sunt etiam verba quæ reperiuntur tantum in compo  
 sitione, quorum simplicia non sunt in vsu, vt ab eo  
 quod est pello as, Appello las, Compello as: à Clino  
 as, Inclino as, Reclino as, Declino nas: à Cuso as, Ac  
 cuso fas, Recuso fas, Incuso fas: à Sipo as, Dissipo as:  
 à Frigero as, Refrigerero refrigeras : à Fragor fra  
 garis, Refragor refragaris, Suffragor garis : à Pleo  
 ples, Impleo implex, Compleo ples, Depleo deplex,  
 à Leo es, Delco es, Releo es: à Spicio is, aspicio cis,  
 Despicio cis, Conspicio is, Respicio is: à Licio is, Eli  
 cio is, Pellicio is, Allicio is, Illicio is: à Fendo is, Of  
 fendo is, Defendo is: à Pedio is, Impedio is, Compe  
 dio dis, Expedio is, Præpedio præpedis.

Libèr

¶ Secundi libri finis.

# LIBER TER-

TIVS QVI EST DE ERO

TEMATIS, HOC EST DE IN

terrogationibus, quibus pueri de om-

nibus grammaticę partibus inter

rogandi sunt.

¶ DE EROTEMATIS GRAM

maticę.

Caput primum,

**D**Ic mihi quã artem profiteris? Responde gram-  
maticam. Quid est Grammatica? Scientia re-  
cte loquendi recteque scribendi ex doctissimo-  
rum virorum vsu, atque autoritate collecta. Vnde di-  
citur grammatica? A grammatis, hoc est à literis: qua  
si scientia literaria.

Quotplex est grammatica? Quintiliano autore du-  
plex. Historice que in enarrandis autoribus versa-  
tur ad imitationem proposita. Et methodice, quę  
artis præcepta continet.

Quot sunt partes præceptiuę grammaticę? Quatuor.  
Orthographia, cui respondet litera. Profodia, cui  
respondet syllaba. Etymologia, cui respondet di-  
ctio. Syntaxis, cui respondet partium orationis con-  
structio.

¶ De erotematis Orthographiæ. Cap. ij.

**Q**uid est orthographia? Scientia docens quibus  
literis quęque dictio scribenda sit.

Vnde dicitur orthographia? Ab orthos quod est  
rectũ, & grapho scribo; quasi sciẽtia recte scribẽdi.

Quid est litera? Vox quę scribi potest individua.

Vnde dicitur litera? A lituris: quod antiqui tabulis ce-  
ratis scribere solebant, & postea delere.

I

Quot



## LIBER III.

- Quot sunt literæ in vsu apud latinos? Duæ & viginti: & h, quæ non est litera, sed aspirationis nota.
- Quot sunt genera literarum? Duo, quædam enim sunt vocales: quædam vero consonantes.
- Quid est vocalis: Litera quæ per se & pura pronuncari potest. Vnde & vocalis dicitur: quod per se ipsam vocem habeat.
- Quot sunt vocales? Sex: A. e. i. o. u. y. p̄silon.
- Quid est consonans? Litera, quæ nisi feriat vocalem pronuncari non potest: vnde & consonans dicitur quod cum vocalibus sonet.
- Quot sunt cōsonantes? Sedecim, reliquæ à vocalibus.
- Quot sunt species consonantium? Duæ, quædam enim sunt mutæ, & quædam semiuocales.
- Quot sunt mutæ? Nouem. b. c. d. f. g. k. p. q. r.
- Quot sunt semiuocales? Septem. l. m. n. r. s. x. z.
- Quare dicuntur mutæ? quia in comparatione vocalium & semiuocalium nihil prope sonent.
- Quare dicuntur semiuocales? quia in sonoritate proxime ad vocales accedunt.
- Quot accidunt literæ? quinq̄. nomen, figura, potestas cognatio, ordo.
- Quid est nomen in litera? Vocabulum, quo vnaquęq̄ appellatur ad aliarum literarum discretionem.
- Quid est figura in litera? Eius descriptio certis lineamentis terminata, purà longa, breuis, rotunda.
- Quid est potestas in litera? Ipsa literæ pronuntiatio propter quam & figuræ & nomina sunt adiuuenta.
- Quid est cognatio in litera? quædam affinitas, quæ alia in aliam commutatur, aut per interpretationē, vt à lida leda, aut per deriuationem, vt à tego toga, aut per compositionem, vt ab amicus inimicus, aut per declinationem, vt à facio feci.
- Quid est ordo in litera? Ratio demer. trans quæ præponi, quæ subsequi debeat in pronuntiatione.
- Quotuplex est ordo in literis? Duplex, scilicet in vocalibus & in consonantibus.
- Quid est ordo in vocalibus? quod cū in diphthongon

## DE EROTEMATIS.

conciunt: quædam semper præponuntur, vt. a. o. y. quædam semper postponuntur, vt. i. u. quædam aliquando præponuntur, aliquando postponuntur, vt e.

**Q**uid est diphthongus? Conglutinatio duarum vocalium in eadem syllaba suam vini retinentium.

**V**nde dicitur diphthōgus? A dis quod est bis, & plithōgus sonus, quasi duplex sonus.

**Q**uot sunt diphthongi quibus vtrūtur Latini? Sex. Ae, vbi supprimitur, a. & profertur e, vt musc. Au, vbi profertur, a. & rapitur, u. vt audio. Ei vbi supprimitur, e. & profertur, i. vt pēthei. Eu vbi profertur, e. & rapitur u. vt pentheus. Yi, vbi vtraq; vocalis in i, lōgum profertur, vt harpyia. Oe vbi supprimitur, o. & profertur, e. vt pœna.

**Q**uid est ordo in consonantibus? quod plures quàm tres non possunt præcedere vocalem: nec plures quàm totidem succedere, vt serobs, stirps. Et quod si sequens syllaba incipit à vocali, necesse est præcedentem in vocalem desinere, vt deus. Quodq; si præcedens syllaba in consonantem desinit: necesse est sequentem à consonante incipere, vt virgo. Quodq; non est necesse si sequens syllaba à consonante incipit: præcedentem quoq; in consonantem desinere, vt lego: quæ regulæ sunt verè in dictionibus simplicibus, non tamen in compositis.

### De Erotematis Profodia. Cap. III.

**Q**uid est profodia? Scientia demonstrans quo accentu quæq; dictionis syllaba proferatur.

**V**nde dicitur profodia? A pros (quod est) ad & ode cārus, quasi accentus. Hunc, latini tum vocalitionē, tum tenorem, tum tonum interpretati sunt.

**Q**uid est syllaba? Comprehensio literarū enunciata: quæ vno accētū & vno spiritu indistanter profertur.

**V**nde dicitur syllaba? A syllabiu qd est cōprehēdere.

**Q**uot accidunt syllabæ? quatuor. Tenor, Spiritus, Tēpus & literarum numerus.

**Q**uid est Tenor in syllaba? Modus quo aut eleuatur, aut deprimitur, aut eleuatur simul & deprimitur.

LIBER III.

Quot sunt tenores? Tres. Acutus, gravis & circumflexus, Acutus enim est quo syllaba eleuatur. Gravis, quo syllaba deprimitur. Circumflexus, quo syllaba partim eleuatur, partim deprimitur.

Quid est spiritus in syllaba? qualitas quædam qua aspere vel leniter syllaba profertur.

Quid est tempus in syllaba? Duratio vel tractus in quibus syllaba pronuntiarur.

Quotuplex est tempus in syllaba? Duplex: quia aut habet vnū tēpus in quo profertur & dicitur breuis: aut habet duo tempora & dicitur longa.

Quid est numerus in syllaba? Comprehensio litterarum syllabam constituentium.

Quot possunt esse literæ in syllaba? vt multum sex, vt minimum vna, sed tunc proprie non dicitur syllaba, cum plures literas non comprehendat.

De Erotematis Etymologia. Cap. IIII.

**Q**uid est Etymologia? Scientia ostendens verā dictionū originem cum reliquis accidentibus.

Vnde dicitur Etymologia? ab etymō quod est verum, & logos sermo: quasi veriloquium. quod Cicero reformidans notationem appellat: hæc ab Aristotele symbolum, à quibusdam originatio dicitur.

Quid est dictio? Minima pars orationis constructæ, id est, in ordine compositæ.

Dictioni quot accidunt? quatuor, Significatio. Etymologia. Figura. Ordo.

Quid est significatio in dictione? Illud quo breuiter ostenditur quid dictio significet.

Quid est Etymologia? Dixi esse scientiam: qua ostenditur vera dictionum origo.

Quid est figura in dictione? Forma, qua dictio simplex à composita distinguitur.

Quid est ordo in dictione? qualitas, qua in oratione alia semper præponitur: alia semper postponitur, alia modo præponitur, modo postponitur.

Partes orationis quot sunt? Octo. Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Præpositio, Aduerbiū, In-

## DE EROMATIS.

teriectio, Coniunctio.

Quot sunt partes orationis declinabiles? quatuor. Nomen, Pronomen, Verbum, Participium.

Quot sunt partes orationis indeclinabiles? quatuor. Præpositio, Aduerbium, Interiectio, Cōiunctio.

¶ De Erotematis nominum. Cap. v.

**M** Vsa quæ pars orationis est? Nomen, quid est nomen? Pars orationis declinabilis corpus aut rem proprie communiterve significans.

Vnde dicitur nomen? Ab onoma græcè quod latine interpretatur nomen, Vel dicitur nomen quasi notamen.

Quotuplex est nomen? Daplex: Substantiuum & adiectiuum.

Quod est nomē substantiuum? quod substantiam vel quasi substantiam significat, vt homo, albedo.

Quod est nomen adiectiuū? qđ adiectum substantiuo significat in eo aliquod accidens, vt homo bonus.

Musa igitur quale nomen est? Substantiuū. Significat enim rē per se subsistentē obnoxiaq; accidentibus.

Nomini quot accidunt? Sex: qualitas, species, genus, numerus, figura, casus cum declinatione.

Quid est qualitas in nomine? Accidens per quod propriū nomen à cōmuni seu appellatiuo distinguitur.

Quid est nomen proprium? quod vni tantum conuenit, vt Calliope vni ex nouem musis.

Quid est nomen commune? quod pluribus conuenit, vt musa, Calliope, Vranix, Clio.

Quid est species in nomine? Illud quo primitiuum nomen à deriuatiuo separatur.

Species nominum quot sunt? Dux: primitiua quæ aliunde non trahitur, vt mons. Deriuatiua quæ aliū de deriuatur, vt montanus à monte.

Musa igitur cuius speciei est? Deriuatiuæ speciei. Dicitur enim à moso quod est inquit.

Deriuatiuorum nominum quot sunt differentix? Nouem: patronymicū, possessiuum, denominatiuum, diminutiū, comparatiuum, superlatiuum, verbale

### LIBER III.

participiale. aduerbiale.

Quod est nomen patronymicum? quod significat filium vel filiam, nepotem vel neptem, vel aliquem ex posteris illius à quo deriuatur, ut Priamides filius vel nepos vel aliquis ex posteris Priami.

Quod est nomen possessiuū? quod cum genitio suo principalis significat aliquid ex ijs quæ possidetur. vt Euandrius ensis pro Euandri ensis.

Quod est nomen denominatiuum? quod à nomine deriuatur, neq; denominatur ab aliqua speciali significatione, vt à iustus iustitia, à sapiens sapientia.

Quod est nomen diminutiuum? quod significat diminutionem sui principalis, vt à rege regulus.

Quod est nomen comparatiuum? quod cum intellectu positiui vel aliquo participe sensus positiui, significat magis aduerbium, vt iustior magis iustus, inferius magis infra.

Comparatiua vnde formantur? A nominibus adiectiuis quæ possunt incrementum diminutionemq; suscipere. vt à bonus bona bonum, melior: à doctus a, um, doctior. Et à verbis, vt à detero deterior. Et ab aduerbijs & præpositionibus, vt à pridem prior, ab ultra vterior.

Cōparatiua quomodo formantur? In nominibus adiectiuis secundæ declinationis formantur à genitio terminato in i, addita or, vt albus albi albior. A nominibus vero tertie declinationis à datiuo addita or, vt fortis forti fortior. A nominibus habentibus vocalem ante is vel us cōparatiua non formantur, sed suppletur ex aduerbio hoc magis & positiuo, vt tenuis magis tenuis, arduus magis arduus.

Quod est superlatiuum nomen? quod ad plures sui generis comparatum omnibus supponitur, vel per se prolatum significat quantum positiuum cum hoc aduerbio valde, vt Plato Græcorum doctissimus: & Plato doctissimus. i. valde doctus.

Superlatiua vnde formantur? ab iisdem nominibus adiectiuis vnde formantur comparatiua.

Super



## DE ER'OMATIS.

Superlatiua quomodo formantur? In nominibus adiectiuis in er desinentibus superlatiua formantur ad dita rimus, vt tener tenerrimus, pauper pauperimus. Alijs vero aut positiua sunt secundæ declinationis aut tertiæ. Si secundæ declinationis, superlatiua formantur à genitiuo terminato in i. addita s. & simus: vt albus albi albissimus. Si tertiæ, formantur quoq; à genitiuo addita simus tantum, vt fortis fortissimus.

Patiuntur istæ regulæ exceptionem? Nimirum patiuntur: quoniam & à verbis & ab aduerbijs & præpositionibus aliquando formantur. Sed à nominibus irregularia quædam non legitime formantur, de quibus alijs.

Quod est nomen verbale? quod à verbo deriuatur, vt ab amo amas, hic & hæc amabilis & hoc: amabile.

Quod est nomen participiale? quod à participio deriuatur, vt à lectus lector & lectio.

Quod est nomen aduerbiale? quod ab aduerbio deriuatur, vt à perendie perendinus, a, um.

Quid est genus in nomine? Illud quo masculinum à feminino distinguitur, & neutrum ab vtroq;.

Genera nominum quot sunt? Septem: masculinum, femininum, neutrum, commune duorum, commune trium, dubium, promiscuum.

Quod est nomē masculinū? quod declinatur cum hic, vt hic dominus domini, hic sermo sermonis.

Quod est nomen femininum? quod declinatur cum hæc, vt hæc musa musæ, hæc terra terræ.

Quod est nomen neutrum? quod declinatur cum hoc vt hoc templum templi, hoc regnum regni.

Quod est nomen cōmune duorū? quod declinatur cū hic & hæc, vt hic & hæc sacerdos, hic & hæc cōiua.

Quod est nomen commune trium? quod declinatur cum hic & hæc & hoc, vt hic & hæc & hoc prudens, foelix amans.

Quod est nomen dubium? quod declinatur cum hic vel hæc, vt hic vel hæc finis, hic vel hæc cortex.

### LIBER III.

**Quod est nomē promiscuum?** quod cum articulo hūc vel hęc significat animalia vtriusq; sexus, vt hūc miluus, hūc mus, hęc aquila, hęc dorcas.

**Musa igitur cuius generis est?** Fœminini generis: declinat̃ enim cum hoc articulo hęc, vt hęc musa.

**Da regulam generis.** Nomē quod sit in a, finitum. dic mulhebrē, neq; enim ab ea excipitur musa.

**Quid est numerus in nomine?** Incrementum quantitatis ab vno vsq; ad plura procedens.

**Numeri nominum quot sunt?** Duo: Singularis qui vnum significat vt homo. Pluralis qui plura significat vt hominēs.

**Musa igitur cuius numeri est?** Singularis numeri, quia vnum significat tantum.

**Quid est figura in nomine?** illud quo nomen simplex à composito distinguitur.

**Figure nominum quot sunt?** Duæ. Simplex quæ non potest diuidi in partes significatiuas eius quod integrum significabat, vt parens. Composita quæ potest diuidi in partes significatiuas eius quod integrum significabat, vt Parricida.

**Musa igitur cuius figure est?** Simplicis. Nihil enim significat mu & la per se separata.

**Quid est casus in nomine?** quidam gradus declinationis per quos nomen inflectitur.

**Casus nominum quot sunt?** Septem. Nominatiuus, genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus, Effectiuus semper ablatiuo similis.

**Quare dicitur nominatiuus?** quia per illum nominamur. Rectus vero idē dicitur, qui aliunde nō cadit.

**Quare dicitur genitiuus?** quia per eum ostendimus cuius sumus filij, vt Antonius Ioannis.

**Quare dicitur datiuus?** Quia in eo casu ponimus illū, cui aliquid damus: vt do tibi pecunias.

**Quare dicitur accusatiuus?** quia in eo casu ponimus illum, quē accusamus, vt Pompeius accusat Cæsarē.

**Quare dicitur Vocatiuus?** quia in eo casu ponimus illum quē vocamus, vt o musa mihi causas memora.

Quare

## DE EROTEMATIS.

Quare dicitur ablatiuus? Quia in eo casu ponimus illum à quo aliquid auferimus: vt ego aufero à te libros.

Quare dicitur Effectiuus? Quia in eo casu ponimus instrumentū quo aliquid efficitur: vt ego peto te saxo.

Musa igitur cuius casus est? Nominatiui siue vocatiui, siue ablatiui: quia in his casibus declinando reperitur.

Quid est declinatio in nomine? Vocis variatio, quæ circa finem tantum attenditur, vt musa sc̄ musam.

Declinationes nominum quot sunt? Quinq; . Prima

quæ mittit genitiuū in æ diphthongon: vt musa sc̄.

Secunda quæ mittit genitiuū in i, vt dominus mini.

Tertia quæ mittit genitiuū in is, vt sermo monis,

Quarta quæ mittit genitiuū in us, vt sensus sensus.

Quinta quæ mittit genitiuum in ei, vt dies diei.

Musa igitur quotæ declinationis est? Primæ. Mittit enim genitiuum in æ diphthongon: vt musa musæ.

Quoruplex est nominum inflexio? Sextuplex. Mono-

noptota inflexio est cum per omnes casus nusquam nomē variatur, vt nominatiuo ador, genitiuo ador

datiuo ador, &c. Diptota inflexio est cum per duos casus tantum nomen variatur, vt sapho saphus.

Triptota inflexio est cum per tres casus nomen variatur, ut templum templi templo. Tetraptota in-

flexio est cum per quatuor casus nomen variatur, vt deus dei deo deum. Pentaptota inflexio est cum

per quinque casus nomen variatur, vt sermo sermo nis sermoni sermonem à sermone. Hexaptota in-

flexio est cum per sex casus nomen variatur, vt vnus vnus vnus vnus vnus vnus, o vne, ab vno.

### De Erotematis Pronominum.

**E**Go, quæ pars orationis est? Pronomen.

Quid est Pronomen? Pars orationis declinabilis, quæ pro nomine proprio cuiusque accipitur personæque finitas recipit, vt ego, tu, ille.

Vnde dicitur pronomen? A pro præpositione & no-  
men

### LIBER III.

- men, quia pro eo ponitur in oratione .
- Pronomini quot accidunt? Sex. Species, Genus, Numerus, Figura, Persona, Casus, cum declinatione.**
- Species pronominum quot sunt? Duæ sicut in nomine Primitiua, vt ego. Deriuatiua, vt meus.**
- Quot sunt pronomina primitiua? Octo, Ego, tu, sui, hic, iste, ille, ipse, is.**
- Quot sūt pronomina deriuatiua? Septem, Meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, uestras,**
- Ego igitur cuius speciei est? Primitiua, non, n. aliunde trahitur quanquam græce dicitur ego . Fac ex eo deriuatiuum, Meus mea meum.**
- Genera pronominum quot sunt? quatuor, Masculinū, vt meus. Fæmininum, vt mea. Neutrum, vt meum.**
- Commune trium vt ego, nostras.**
- Numeri Pronominū quot sunt? Duo sicut in nomine. Singularis, vt ego. Pluralis, vt nos.**
- Figure pronominum quot sunt? Duæ sicut in nomine. Simplex, vt hic hæc hoc. Composita, vt isthic isthæc isthoc.**
- Quot modis cõponūtur pronomina? quatuor, Primo cum nominibus, vt eiusmodi, huiusmodi. Secundo cum altero pronomine, vt isthic, isthæc, isthoc. Tertio cum præpositione, vt mecum, tecum. quarto, cū aduerbijs aut syllabicis adiectionibus, vt egomet.**
- Quot sunt adiectiones syllabicæ? quatuor. Met, Te, Ce, Pte, vt egomet, tute, hiece, meapre.**
- Personæ pronominum quot iunt? Tres. Prima quæ de se loquitur. Secunda ad quam prima loquitur, Tertia de qua prima loquitur.**
- Quot sunt pronomina primæ personæ? Vnum tantū Nominatio ego, genitiuo mei,**
- Quot sunt pronomina secundæ personæ? Item unum, nominatiuo tu, genitiuo tui, cum omnibus uocatiuis nominum, pronominum, & participiorum.**
- Quot sunt pronomina tertiæ personæ? Reliqua oīa. Casus pronominum quot sunt? Septem sicut in nomine. Carent tamen uocatiuo omnia pronomina præterquam**



## DE EROTEMATIS.

terquam Tu, Meus, a, um, Noster nostra nostrum.  
 Nostras nostratis. Caret etiam nominatio cum  
 vocatio, Genitio sui.

Declinationes pronominum quot sunt? Quatuor, Pri-  
 ma quæ mittit genitium in i. vt ego mei, tu tui, ge-  
 nitio sui. Secunda quæ mittit genitium in ius. vt  
 Hic huius, Ille istius, Ille illius, Ipse ipsius, Is eius.  
 Tertia quæ mittit genitium in i, & in æ. vt meus a um  
 mei meæ mei. Tuus a um, tui tuæ tui. Suus sua suum  
 sui suæ sui. Noster a um, nostri nostræ nostri. Vester  
 vestra vestrum, vestri uestræ uestri. Quarta quæ  
 mittit genitium in is. vt nostras nostratis, vestras  
 vestratis.

¶ De Erotematis verborum. Ca. viij.

**A** Mo quæ pars orationis est? Verbum.  
 Quid est verbum? Pars orationis declinabilis  
 cum modis & temporibus, sine casu agendi vel  
 patiendi significatiua.

Vnde dicitur Verbum? A Verbero, as, quia verberato  
 aere oratio proferitur quæ sine verbo esse nõ potest

Verbo quot accidunt? Octo. Genus, Modus, Tempus,  
 Numerus, Persona, Species, Figura, Coniugatio.

Genera verborum quot sunt? Quinque. Actiuum,  
 Passiuum, Neutrum, Commune, Deponens.

Quod est verbum actiuum? quod desinit in o. & ha-  
 bet passiuum in or. vt Amo amas, Amor amaris.

Quod est verbum Passiuum? quod desinit in or. & ha-  
 bet actiuum in o. vt Amor amaris, Amo amas.

Quod est verbum Neutrum? quod desinit in o. & non  
 habet passiuum in or, vt Seruio seruis.

Quod est verbum Deponens? quod desinit in or. &  
 tamen habet actiui significationem, ut loquor eris.

Quod est verbum commune? quod desinit in or. & ha-  
 bet actiui & passiui significationem, vt amplector  
 amplecteris.

Amo igitur quod verbum est? Actiuum.

Modi verborum quot sunt? Quinque, Indicatiuus,  
 Imperatiuus, Optatiuus, Subiunctiuus, Infinitiuus.

Quis



LIBER III.

Quis est Indicatiuus modus? quo indicamus aliquid fieri, vt ego amo, tu amas, ille amat.

Quis est Imperatiuus modus? quo imperamus vel prohibemur vel exhortamur, vel permittimus aliquid fieri, vt ô Antoni lege, ne legas.

Quis est Opiratiuus modus? quo optamus aliquid fieri, vt vtinam legerem.

Quis est Subiunctiuus modus? qui indiget altero verbo, vt perfectũ sensum significet, vt si legeris audia.

Quis est Infinitiuus modus? qui caret numeris & personis, & indiget verbo alterius modi, vt aliquid de terminatum significet, vt cupio legere.

Amo igitur cuius modi est? Indicatiui modi.

¶ Tempora verborũ quot sunt? Sex. Præsens, Præteritum imperfectum, Præteritum perfectum, Præteritum plusquàmperfectũ, Futurum imperfectũ, Futurum perfectum.

Quod est tempus præsens? quo aliquid impræsentiarum fieri ostendimus, vt ego lego.

Quod est præteritum imperfectum? quo ostendimus quod aliquid fiebat, sed non fuit perfectum, vt ego legebam.

Quod est Præteritum perfectum? quo ostendimus aliquid iam factum atq; perfectum esse, vt ego legi.

Quod est præteritum plusquàmperfectum? quo ostendimus id quod factum est inueterasse citra præteritum perfectum, vt ego legeram anteq̃ tu venisti.

Quod est futurum imperfectum? quo ostendimus, aut promittimus nos aliquid inchoaturos, vt ego legam cras.

Quod est futurum perfectum? quo ostendimus, aut promittimus quod ad certum tempus aliquid erit à nobis factum, vt ad horam legero.

Amo igitur cuius temporis est? Præsentis temporis.

¶ Numeri verborum quot sunt? Duo sicut in nomine. Singularis, qui de vno loquitur, vt ego amo. Pluralis, qui de pluribus loquitur, vt nos amamus.

Amo igitur cuius numeri est? Singularis numeri.

Personæ

## DE EROTEMATIS.

**¶** Personæ verborum quot sunt? Tres: Prima, quæ de se sola vel de se cum alijs loquitur, vt ego lego, nos amamus. Secunda ad quam solam, vel cum alijs prima loquitur, vt tu amas, vos amatis. Tertia de qua sola, vel de quibus prima loquitur, vt Cicero legit, homines legunt.

**Species verborum quot sunt?** Duæ sicut in nomine. Primitiua, lego legis. Deriuatiua, vt lectito lectitas.

**Deriuatiuorum verborum formæ quot sunt?** Septem, Inchoatiua, Meditatiua, Desideratiua, Frequentatiua, Denominatiua, Aduerbialia.

**Quæ dicuntur Inchoatiua?** quæ Laurentius dicit continuum incrementum passionis innatæ significare, fiuntq; tantum à verbis neutris absolutis secundæ coniugationis, formanturq; à secunda persona præsentis Indicatiui modi addita co, vt à tepeo tepes tepeſco, is, id est, in horas magis tepeſco.

**Quæ dicuntur verba Meditatiua?** quæ Laurentius appellat Desideratiua, fiuntq; ab vltimo supino addita rio, hæc ferè ab Edo, is, esu, esurio. à Cœno as, cœnatum cœnaturio. à pario ris partu parturio. à Meo meis miſtu miſturio. à Caco cas cacatu cacaturio. ab Emo emis emotu empturio.

**Quæ dicuntur Desideratiua?** quæ Laurentius nō mentis affectum, sed actū corporis significare dicit. Sunt vero quàm rarissima, vt Viſo viſis, Laceſſo is, Faceſſo is, Capeſſo is.

**Quæ dicuntur Frequentatiua?** quæ assiduam in agendo vim habere significant, fiuntq; ab vltimo supino u mutata in o, vt à Curro, curris, cursu, curso, cursas, à Ducō ducis ductu ducto ductas. Animaduertendum tamen est in verbis primæ coniugationis supina à quibus formantur frequentatiua mutare a penultimam supini in i breuem. vt ab impero imperas imperatu, imperito as. Dicimus tamen ab ago agis actito actitas, & agito agitas, à Dico is dicto dictas, & dictito dictitas.

**Quæ dicuntur Diminutiua?** quæ à suo principali diminutio

LIBER III.

minutionem significant. vt à Garrio is, garrulo as; à sorbeo bes, Sorbillo as. à Caluo is, Cauillor aris.

Quæ dicuntur Denominatiua? quæ à nomine derinantur, vt à patre Parrisso as. à græco, Græcissio fias, & græcor aris. à frumento Frumentor aris, à pabulo pabulor aris. à rure rusticor aris.

Quæ dicuntur Aduerbialia? quæ ab aduerbio derinantur. vt à perendie Perendino as, à supra Supero as, ab intra Intro as.

Amo igitur cuius speciei est? Primitiua speciei, non enim habet (quod ego sciam) vnde possit deriuari.

Figuræ verborum quot sunt? Duæ sicut in nomine. Simplex, vt amo as. Composita, vt deamo deamas.

Amo igitur cuius figuræ est? Simplicis figuræ, non enim potest diuidi in partes significatiuas eius, quod integrum ante compositionem significabat.

Cõiugationes verborum quot sunt? Quatuor. Prima quæ secundam personam singularem præsentis Indicatiui modi mittit in as. productam in voce actiua, & in aris vel are, in passiuâ. vt Amo as, Lætor tarris vel lætare. Secunda quæ eandem secundam personam mittit in es. productam in voce actiua, & in eris. vel ere, in voce passiuâ. vt Doceo es, Medeor eris vel ere. Tertia, quæ eandem secundam personam mittit in is correptam in voce actiua, & eris vel ere penultima correpta in voce passiuâ. vt lego legis, loquor eris, vel loquere. Quarta, quæ eandem secundam personam mittit in is productam in voce actiua. & in iris vel ire, penultima producta, in voce passiuâ. vt Audio is, audior iris, vel ire.

¶ De Erotematis Participiorum. Cap. viij.

**A** Mans quæ pars orationis est? Participium. Quid est participium? Pars orationis declinabilis, quæ pro verbo accipitur, ex quo deriuatur: genus & casus habens ad similitudinem nominis & accidentia verbi sine discretionem modorum & personarum.

Vnde dicitur participium? Quasi participiam, quia partem

## DE EROTEMATIS.

partem accipit à nomine, partem à verbo, partem ab utroq.

Participio quot accidunt? Sex: Genus, Tempus, Significatio, Figura, Numerus, Casus cum declinatione.

Genera participiorum quot sunt? quatuor: Masculinum, ut amatus, Fœmininum, ut amata, Neutrum, ut amatum. Commune trium, ut hic & hæc & hoc amans.

Amans igitur cuius generis est? Commune trium.

Tempora participiorum quot sunt? Tria: Præsens, ut amans. Præteritum, ut amatus. Futurum, ut amaturus amandus.

Amans igitur cuius temporis est? Præsentis temporis.

Significationes participiorum quot sunt? Duæ: Actiua, ut amans. Passiua, ut amatus.

Quæ participia significant actionem? A verbis actiuis & neutris actionem significantibus: actionem significant participia præsentis & futuri in rus. ut amans amaturus, seruiens seruiturus. A verbis passiuis vel neutris passionem significantibus participia omnia significant passionem, ut amatus amandus, vapulans vapulaturus. A verbi deponentibus participia præsentis & præteriti & futuri in rus, significant actionem. futuri vero in dus passionem, ut loquens loquutus loquuturus loquendus. A verbis communibus participia præsentis & futuri in rus, significant actionem: præteriti actionem & passionem: futuri in dus, tantum passionem, ut criminans, criminaturus, criminatus, criminandus.

Est ne hoc semper verum? Propemodum id quidem, nisi quod à verbis actiuis & neutris participia præteriti significant nonnunquam actionem, ut Argutus a um, ab arguo is. Ausus a um, ab Audeo es. Adultus a um, ab adoleasco is. Assuetus a um, ab assuesco is. Cautus a um, à caueo es. Cassus a um, à careo es. Circūspectus a ū, à circūspicio. Cōsuetus a ū, à cōsuesco is. Cōsideratus a ū, à cōsidero as. Cōtentus a ū, à contineo es. Cœnatus a um, à cœno as, Decretus a ū, à decreasco is.

Defectus

### LIBER III.

Defectus, a, um, a deficio, is. Discessus, a, um, a discedo, is. Disertus, a, um, a differo, is. Excretus, a, um, ab excreſco, is. Exoletus, a, um, ab exoleſco, is. Euasus, a, um, ab euado, is. Falsus, a, um, à fallo, is. Fluxus, a, um, à fluo, is. Iuratus, a, ū, à iuro, as. Ignotus, a, um, ab ignoſco, is. Oſus, a, um, ab odi odiſti. Placitus, a, um, à placeo, es. Paſſus, a, um, à pateo, es. Potus, a, um, à poto, as. Pranus, a, um, à prandeo, es. Profuſus, a, um, à profundo, is. Scitus, a, um, à ſcio, is. Sparſus, a, um, à ſpargo, is. Tacitus, a, um, à taceo, es. Titubatus, a, um, à titubo,

Reperiuntur quoq; participia præſentis temporis à verbis actiuis ſignificantia paſſionem, vt voluens, volutans: quaſſans, præcipitans, pro eo quod voluitur, quaſſatur, præcipitatur, & quod dicitur euidēs negocium, id eſt, quod videtur, & perſpicuum eſt.

Amans igitur cuius ſignificationis eſt? Actiue ſignificationis.

¶ Figuræ participiorum quot ſunt? Duæ. Simplex, vt amans. Compoſita, vt adamans, quanquam ſunt qui dicant, quia participium per ſe non componitur: non eſſe compoſitæ, ſed decompoſitæ figuræ.

Amans igitur cuius figuræ eſt? Simplicis figuræ.

¶ Numeri participiorum quot ſunt? Duo ſicut in nomine. Singularis, vt amans. Pluralis, vt amantes;

Amans igitur cuius numeri eſt? Singularis numeri.

¶ Caſus participiorum quot ſunt? Septem ſicut in nomine.

Amans igitur cuius caſus eſt? Nominatiui caſus vel Vocatiui.

¶ Declinationes participiorum quot ſunt? Tres. Nam participia præteriti & futuri tam in rus, quàm in dus declinantur per primam & ſecundam nominis declinationem. Præſentis vero per tertiã, niſi quod iens participium ab Eo is, mittit genitiuum in euntis, cum compoſitis, vt iens euntis. Abiens abeuntis, Ambientis tamen facit ambientis,

Amans igitur quotę declinationis eſt? Tertię nominis.

¶ De Erotematis Præpoſitionum. Cap. I. X.

Ad



## DE EROTEMATIS PRAEPOS.

**A**D, quæ pars orationis est? Præpositio.  
Quid est præpositio? Pars orationis indeclinabilis, quæ alijs partibus orationis præponitur aut per compositionem, aut per appositionem.

Vnde dicitur præpositio? Ab eo q̄ alijs partibus orationis præponitur. Nam contra naturam præpositionis est, quod postponatur. vt Cum, tenus versus.

Præpositioni quot accidunt? Tria. Figura, ordo, casus.  
Figuræ præpositionum quot sunt? Duæ. Simplex, vt abs, circum. Composita, vt absq̄, circum circa.

Ad igitur cuius figuræ est? Simplicis figuræ, quia non potest diuidi in partes significatiuas.

Quotuplex est ordo præpositionum? Triplex. Præpositiuus, Postpositiuus, Communis.

Quis est ordo præpositiuus? qui præpositionem in constructione semper debere postponi ostendit, vt ab, ad.

Quis est ordo postpositiuus? qui præpositionem in constructione semper debere postponi ostendit, vt tenus, versus.

Quis est ordo Communis? qui præpositionem in constructione modo præponi: modo postponi debere ostendit, vt cum, per, propter.

Ad igitur cuius ordinis est? Præpositiuui. quia semper in constructione præponitur.

Casus præpositionum quot sunt? Tres. Accusatiuus, & Ablatiuus, & nonnunquam Genitiuus.

Præpositiones genitiuo deseruientes quot sunt? Tres. Pridie, postridie, tenus.

Præpositiones actõ deseruientes quot sunt. xxxviij.  
Ad, apud, ante, aduersus, aduersum, cis, citra, circumter, circum, circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, pone, per, prope, propius, proxime, pridie, postridie, procul, post, penes, præter, propter, supra, secundum, secus, trans, vsque, ultra, versus, versum.

Præpositiones ablatiuo casui deseruientes quot sunt? quindecim, A, ab, abs, absq̄, cum, coram, clam, de, e, ex, pro, præ, palam, sine, tenus.

K

Præpo

### LIBER III

Præpositiones accuatiuo vel ablatiuo deseruientes quot sunt? Quatuor, in, sub, super, subter.

Præpositiones inseparabiles (hoc est quæ nunquam nisi in compositione reperiuntur) quot sunt? Sex, an, con, dis, di, re, se.

Ad igitur cui casui deseruit? Accusatiuo, quoniam tali casui semper apposita reperitur.

#### ¶ De Erotematis Aduerbiorum.

##### Caput X.

**V**bi, quæ pars orationis est? Aduerbiu.  
Quid est aduerbiu? Pars orationis indeclinabilis, quæ addita verbo, significationẽ eius aut complet, aut mutat aut minuit, vt iam faciam: non faciam: parum faciam.

Vnde dicitur aduerbiu? quasi ad verbum, quoniam verbo semper ferè adiungi de siderat.

Aduerbio quot accidunt? Tria, Species, Figura, Significatio.

Species aduerbiorum quot sunt? Duæ sicut in nomine, Primitiua, vt nuper. Deriuatiua, vt nuperrime.

Vbi cuius speciei est? Primitiua, neq; enim habet aliquid vnde deriuetur, quod sit antiquius.

Figuræ aduerbiorum quot sunt? Duæ sicut in nomine, Simplex vt ecce. Composita, vt eccum.

Vbi igitur cuius figuræ est? Simplicis figuræ, neq; enim potest diuidi in partes significatiuas.

Significationes aduerbiorum quot sunt? Innumera, Numeralis, vt semel, bis, ter, quater, quinges, sexies.

Temporalis, vt hodie, cras, perendie, heri, nuper, aliquando, olim, iam, tunc, mane, sero, semper.

Localis, vt hic, isthic, illic. Huc, istuc, illuc.

Negatiua, vt non, haud, minime, nullatenus.

Affirmatiua, vt etiam profecto, nimirum.

Opratiua, vt o, si, vtinam.

Demonstratiua, vt en, ecce.

Ordinatiua, vt continuo, deinde, deinceps.

Interrogatiua, vt cur, quare, quamobrem, nunquid.  
Dubita

## DE EROTEMATIS PRAEPOS.

Dabitatiua, vt fors, forte, fortassis, fortasse, forsan, forsitan.

Vocatiua, vt ò, heus, ohò.

Discretiua, vt seorsum, diuissim, bifariam.

Congregatiua, vt simul, vna, pariter.

Iuratiua, vt ædèpol, m'hercule, mecastor.

Hortatiua, vt eia, age, agedum, agite.

Intensiuua, vt valde, penitus, vehementer.

Remissiua, vt sensim, paulatim, pedetentim.

Diminutiua, vt belle, argutule, clanculum.

 cendant, vt tempus est carēdi voluptatibus, inseruēdi  
 amicis: amandi deum.

Gerundia aut sunt substantiua, aut adiectiua. Gerūdia  
 adiectiua omnia genera & numeros & casus habent.  
 & iunguntur substantiuis, significantque semper pas-  
 sionem, vt voluēda dies en atrulit vltro. i. uolubilis,  
 hoc est, quæ voluitur. Iusiurandum, hoc est, quod iu-  
 ratur. Est mihi cura iurisdicundi: et do operam iuridi-  
 cundo, & veni ad iurisdicundū, & delector iuredicūdo.  
 Gerundia substantiua tantummodo reperiuntur in  
 genitiuo, accusatiuo & ablatiuo generis neutri, quorū  
 nominatiuus est amare, cum pronomine vsurpatur,  
 vt est mihi cura soluendi pecunias, venio ad soluēdū  
 pecunias, & delector soluendo pecunias. Reperitur  
 etiam gerundium datiui, vt ego non sum soluendo.  
 nescio tamen an post se cum accusatiuo casu possit  
 construi.

Gerundia substantiua à verbis actiuis significant  
 actionem

## DE GERUNDIIS.

actionem & passionem, præterquam quod gerundiū genitiui semper significat actionem. A verbis neutris actionem significantibus gerundia significant actionem tantum. A neutris passionem significantibus, passionem tantum. A cōmunibus, & deponentibus actionem & passionem.

Inter gerundia adiectiua & participia hæc est differentia, quod gerundia significant rei administrationem, siue habitum sine tempore, saltem determinato ad futurum, resoluunturq; in gerundia substantiua, vt est mihi cura iurisdicundi, id est, dicendi ius: & delector iuredicundo, id est, dicendo ius. Participia verò significant tempus futurum in actu sine rei administratione. vt ius dicendum est à me, id est, dicetur: causa est à me oranda, id est, orabitur.

Gerundia accusatiui iunguntur frequenter his præpositionibus. ad, ob, propter, inter, ante. vt ad numerandum, vel ob numerandum, propter numerandum pecunias veni. propter orandum causas studeo, inter agendum capras, ante domandum boues.

Gerundia vero ablatiui iunguntur cum his præpositionibus in, de, ex, à, ab. vt in nauigando venti posuerunt, & est libellus Hieronymi de viuendo deo. & ex defendendo quàm ex accusando maior gloria comparatur.

Aduertendum etiam est, quod gerundia adiectiua in accusatiuo semper iunguntur præpositionibus illis, vt ad numerandas vel ob numerandas vel propter numerandas pecunias veni. præterq̃ cum his verbis loco, conduco, mando, curo habeo pro debeo, vt ego locaui faciendam sepulturam.

Animaduertendum quoque est, gerundium genitiui singularis recte iungi substantiuo plurali, vt Plautus: Nominandi tibi istorum magis erit, quàm edundi copia, aut dicere possumus quod regit post se genitiuum casum.

¶ De verbis supinis.

Caput X.

M

Quod

## LIBER III

**Q**uod de gerundijs diximus, idem de supinis dici potest, esse aliam ab octo partibus orationis nisi quod gerundia participijs, supina verbis annumerari possunt.

Primum supinum semper iungitur verbo significati motum ad locum, vt eo deambulatum, vado venatum, significatq; semper actionē: nisi sit à verbis neutris passionem significantibus. Nam illa: do filiam nuptum, venum do seruos, spectatum admissi risum teneatis amici, motū in se continent, sicut & illa superiora.

Vltimum supinum semper iungitur nomini adiectiuo, non tanquam substantiuum, sed tanquam verbum: regiturque ab eo, & significat passionem: vt est res horrenda dictu, id est, vt dicatur, miserabilis visu, id est, vt videatur. Ex quo sequitur, quod neque potest coniungi verbo (vt grammatici indecti dicunt) venio lectu, neq; ponitur pro nomine (vt Priscianus dicit) venio venatu pro de venatione, neq; iungit sibi adiectiuum, neq; recipit præpositionem, neq; regit nomen. Quod si dixeris: Bonus ciuis dignus est gubernatu, dubitaueritq; aliquis gubernatu vtrum sit nomen an verbum supinum, ex adiunctis tolletur hæc ambiguitas. Nam cum est nomen, genitiuum regere potest vt dignus gubernatu reipublicæ, & iungit sibi nomē adiectiuum: vt dignus magno gubernatu, & recipit præpositionem: vt recessit ex gubernatu. Cum vero est verbum supinum (quemadmodum diximus) nihil tale habet, sed tantum à nomine adiectiuo regitur: & in verbum passiuum resoluitur.

¶ De constructione participij.

Caput XI.

**P**articipium eodem modo iungitur nomini & pronomini & verbo, quo nomen adiectiuū, post se vero desiderat casum cum quo cōstruitur verbum à quo descendit, vt Amans filium, Amaturus deum, Amatus à patre, Amandus ab vxore, Inferuens amico, Inferuitur us propinquis, Carens voluptatibus, Cariturus turture magno,

Sunt

## DE CONSTRUCT. NOMIN.

Sunt nomina participijs similia, vt amans: doctus: quæ sola constructione discernuntur. Nam cum dico amans vxorem, Participium est. amans vxoris, nomē est. Sed cum sunt nomina, recipiunt comparationem, vt amantior vxoris, Amātissimus vxoris, & doctior Cicerone. Doctissimus omnium. Tempore quoq; pos sunt discerni. Nam cum dico est amandus à me, significat quod à me amabitur: cum verò tantum est amandus quod est dignus amari. Vix tamen sub hac forma recipit comparationem, nam quod quidam dicunt, reuerendissimus, colendissimus, obseruandissimus, ego dicerem potius admodum reuerendus, perquam colendus, plurimum obseruandus, & alia simili modo.

¶ De nominum constructione cum alio casuali.

### Caput XII.

**N**omina quoq; cum casibus construuntur quædā cū genitiuo qualia sunt nomina adiectiua certæ cuiusdā significationis. vt integer vitæ, Sceleris purus, Præceps animi, Prodigus vitæ, Dubius itineris, Tenax propositi, Cupidus honoris.

Nomina præterea formam participiorum habentia, vt patiens laboris, Negligens amicorum, Fugitiuæ litium, Appetens alieni, Profusus sui, Doctus grammaticæ, Victus animi, Expertus belli.

Nomina quoq; masculina terminata in or, quæ formantur ab vltimo supinò u mutata in or, & feminina terminata in trix, quæ formantur à masculinis, tor mutata in trix, vt amator vxoris, amatrix viri, doctor gentium, expultrix vitiorum.

Et nomina superlatiua construuntur cum genitiuo, sed tantum plurali, nisi sint nomina collectiua, vt doctissimus Græcorum, sapientissimus philosophorum, fortissimus gentis Danaum. Comparatiuum quoq; inter duo, vt Aiacum fortior fuit Telamonius.

Sunt quædā quæ possunt iungi genitiuo vel datiuo. vt similis patris vel patri, fidus regis vel regi, proximus Tullij vel Tullio, propinquus Cæsaris vel Cæsari.



### LIBER III

Quædam sunt quæ possunt iungi genitiuo vel ablatiui, vt diues agrorum vel agris, vacuus cerebri vel cerebro, plenus rimarum vel rimis, dignus honoris vel honore.

Datiuo etiam complura iunguntur. vt facilis omnibus, difficilis nemini, clarus sui, iucundus alienis, aptus bello, idoneus paci.

Verbalia quoq; in bilis datiuo iungi possunt. vt amabilis cunctis, visibilis nulli.

Accusatiuo etiã iunguntur cõplura nomina adiectiua, sed (vt diximus figurate) idq; apud poëtas tantum, vt Flauus capillos, niger oculos, horridus barbam.

Ablatiuo quoq; media præpositione, siue se primo casu sui complura iunguntur, vt alienus à crimine, oriundus ex Africa, diuersus à vitijs. Alius ab humanitate, secundus ab hercule, tertius à Ioue, vir singularis ingenio, excellens virtute, insignis pietate.

Comparatiua quoq; cum ablatiui siue septimo casu construuntur, vt nemo est eloquentior Cicerone.

Ablatiuus siue septimus casus plarunq; ponitur absolute, aut per duo nomina. vt rege Ferdinando Munda in dediticem Christianorum venit. Aut per nomen & pronomen, vt ne præceptore didicisti literas. Aut per nomen siue pronomen, & participiũ, vt Deo ducente veniam ad te, te veniente gaudebis.

¶ De constructione quarundam partium orationis. Caput XIII.

**Q**uisq; semper iungitur superlatiui. vt optimus quisq; sapientissimus quisq;.

Omnis & cunctus positiui & comparatiui; vt omnes boni, omnes sapientiores, cuncti sapientiores. At vero quisq; tum positiui iungitur, cum non recipit comparationem positiuus, vt strenuus quisque. Iungitur etiam quisq; cum hoc nomine quotus, sed semper interrogatiue, vt Cicero: Quotus enim quisq; istud fecisset?

Tantum & quantum positiui iunguntur, vt tatum doctus quantum facetus. Tanto & quanto compara-

## DE COMPA. ET SVPERL.

duo: vt tanto doctior quanto facctior. Idem quoque dicimus de aliquantum & aliquanto, multum & multo, paulum & paulo.

Per, semp iungitur positiuo, vt perbonus, perdoctus.

Quã superlatiuo, vt quamoptimus, quã doctissimus.

Perquam positiuo, vt perquã bonus, perquã doctus.

Hei & vꝑ semper iunguntur datiuo, vt hei mihi vꝑ tibi, Heu & o, accusatiuo, vt heu me miserum, ò te infelicẽ. En & ecce nominatiuo & actõ, vt eq priamus, en capellas, ecce homo, & ecce hominem.

### ¶ De Comparatiuis & Superlatiuis.

**C**vm de Erotematis nominum ageremus, dictũ est comparatiua & superlatiua, à quibus nominibus positiuis, & vnde formarentur, sed iniquis tunc spacijs exclusi, quoniam alio properabamus non diximus formationem illam in plærifq; deficere. Idem quoq; fecimus cum de constructione partiũ orationis nonnihil perstringeremus, vbi pauca interposuimus. Quare visum est, quæ illic debuerant copiosius pertractari hoc in loco supplere, atq; in primis de illorum irregulari formatione.

Bonus melior optimus.

Malus peior pessimus.

Magnus maior maximus.

Paruus minor minimus.

Nequam nequior nequissimus.

Maturus maturior maturrimus.

¶ Comparatiuum regularem habent.

Magnificus magnificentior magnificentissimus.

Munificus munificentior munificentissimus.

Mirificus mirificentior mirificentissimus.

Beneficus beneficentior beneficentissimus.

Maleficus maleficientior maleficientissimus.

Benedicus benedicientior benedicientissimus.

Maledicus maledicentior maledicentissimus.

Beneuolus beneuolentior beneuolentissimus.

Maleuolus maleuolentior maleuolentissimus.

Multiuolus multiuolentior multiuolentissimus.

LIBER III

Pius piissimus, pientissimus. Comparatiuo caret.

Senex tenior.

Superlatiuo caret.

Iuuenis iunior.

Superlatiuo caret.

Vetus veterrimus.

Comparatiuum regularem habet.

Dexter dextimus.

Comparatiuum regularem habet.

Sinister sinistimus.

Comparatiuum regularem habet.

Facilis facillimus.

Comparatiuum regularem habet.

Agilis agilissimus.

Comparatiuum regularem habet.

Gracilis gracillimus.

Comparatiuum regularem habet.

Humilis humillimus.

Comparatiuum regularem habet.

Similis simillimus.

Comparatiuum regularem habet.

Multus plurimus. comparatiuo caret.

Multa plurima. comparatiuo caret.

Multum plus plurimum.

Multi plures plurimi.

In plurali integrum est.

¶ A verbis.

Detero deteris, deterior deterrimus.

Potior poteris, potior potissimus.

¶ Ab aduerbijs.

Extra, exterior extimus.

Intra, interior intimus.

Ultra, vlterior vltimus.

Infra, inferior infimus.

Citra, citerior citimus.

Supra, superior supremus.

Prope, propior proximus.

Post, posterior postremus.

## DE COMPA. ET SVPERL.

Ante, anterior. superlatiuo caret.

Pridem, prior primus.

Penitus, penitior penitissimus.

Ocyor ocysissimus. positiuo caret.

nisi malis ab ocys formare.

¶ Nomina quorum significatio crescere aut minui nō potest, non formant ex se comparatiua aut superlatiua. Qualia sunt: Ingens, omnipotens, summus, vnicus, imus. Et nomina numeralia siue sint distributiua siue ordinalia. Et pronomina, quanquam Plautus dixerit: Ipsissimus est, sicut Vergilius ab ingens iugentior fecit comparatiuum.

Construuntur comparatiua cum ablatiuo vel cum alio casu, quem coniunctio quā poterit pro ratione verbi subintellecti coniungere, vt Plato fuit doctior Aristotele, vel quā Aristoteles. Credo Platonem eloquentiorem Demosthene, vel quā Demosthenem. Vxor te benigniore patre meo, vel quā patre meo. Dicimus tamen sum audior g'orix quā pecuniæ, & non pecunia. & similior patri quā matri, & non matre, quia audus & similis cum genitiuo & datiuo construuntur.

Construuntur præterea cum ablatiuo significante excessum quo aliquid excedit aut exceditur, vt ego sum duplo maior quā tu, & tu dimidio minor.

Superlatiuum nomē est quod ad plures sui generis comparatum omnibus autefertur, vel absolute prolatum significat quantum positiuum cum hoc aduerbio valde, vt Achilles est Græcorum fortissimus: & Achilles est fortissimus, id est, valde fortis.

Superlatiuum construitur cum genitiuo numeri pluralis, aut singularis nominis tantum collectiui, qui resoluitur in ablatiuum cum præpositione ex. vt Achilles est fortissimus Græcorum, & fortissimus gentis Danaum, id est, ex Græcis & ex gente Danaum.

Superlatiuum à comparatiuo differt, q. comparatiuum exponitur per positiuum cum magis & quā. Superlatiuum vero per positiuum etiam cum maxi-

## LIBER III

me & ex . vt est eloquentior Cicerone, id est , magis eloquens quàm Cicero , & eloquentissimus omnium, id est , maxime eloquens ex omnibus .

Superlatiuo quoq; non est locus in comparatione duorum . Comparatio vero & duorum & plurium esse potest , vt Aiacum Telamonius fuit fortior , sed nõ dices fortissimus . Præterea digitorum medius est longissimus , & digitorum medius est longior cæteris .

Est & alia differentia , quod optime superlatiuum potest resolui in comparatiuum cum relatiuo diuersi tatis eodem sensu manente , non tamen omne comparatiuum in superlatiuũ conuertitur , vt poëtarũ nobilissimus est Homerus , & cæteris poëtis nobilior est Homerus .

Comparatiuum plus significat quàm superlatiuum si postponatur illi . vt Aristoteles est doctissimus , sed Plato doctior . Aliquando significat minus quàm positiuum , vt Vergilius : Tristior & lachrymis oculos suffusa nitentes , pro subtristis . Et ferè quoties comparatiuum non construitur cum casu illius ad quod fit cõparatio , minus significat quàm positiuum aut quantum positiuum .

## ¶ De diminutiuis .

**D**iminutiua non habent certam rationem , qua possint formari , sed illud tantum hoc loco dicendum est : exire in varias terminationes , sed præterea in ulus , ula , ulum , vt frater fraterculus , soror sororcula , munus munusculum . Aliquando in io , vt homo homuncio , senex senecio . Aliquãdo in aster , astra , astrum . vt pinus pinastra , filia filiastra , apium , apiastrum , quæ proprie non sunt diminutiua , sed imitationem quandam significantia . Aliquando in olus , ola , olum . vt sergius sergiolus , corona corola , pallium palliolum . Aliquando in ellus , ella , ellum , vt tener , a , um , tenellus , a , um . Aliquando in illus a , um . vt tantus , a , um : tantillus a , um . Aliquando in leus , vt equus , equuleus . Aliquando in iscus , vt pan , paniscus : basileus basiliscus .



## DE RELAVIS.

| ¶ De Relatiuis.

**R**elatiuum est, quod rem antecedentem refert, Et est duplex: Substantiæ & accidentis. Relatiuū substantiæ est quod refert antecedens substantium, qualia sunt: Qui quæ quod. Suus sua suum. Ipse ipsa ipsum. Ille illa illud. Is ea id. Idem eadem idem. Alius alia aliud. Alter altera alterū. Reliquus reliqua reliquum. Cætera cæterum nam cæter vix reperitur. Horū septem priora sunt relatiua idētitatis, quatuor posteriora sunt diuersitatis.

Relatiuum accidentis est, quod refert antecedens adiectiuum. qualia sunt: Hic & hæc qualis & hoc quale. quātus a um, Plurali nominatiuo quot, quotus, quota quorum, lic & hæc quotennis & hoc quotenne. Quotuplus a, um, lic & hæc & hoc quotuplex.

Relatiuum accidentis cum substantiuo sequenti debet concordare, vt est animal varium, qualis est mulier. Templū magnū quantus est mons. Horatius tamen in Epodo relatiuū accidentis antecedenti retulit. Sed incitat me pectus & māmæ putres equina quales vbera. Relatiuum vero substantiæ cum antecedenti plærūq; debet conuenire, vt dedi tibi libros, sed illos a te acceperam. Si tamen quis vel qui ponitur inter duo substantiua, utrique potest referri: vt est animal quod appellant orygem, vel quem appellant orygem. Si tamē alterum ex duobus substantiuis est proprium: semper ad illud referēdū est, vt Salustius: Est locus in carcere quod Tullianum appellatur. Vergil. Est locus Hesperiam Graij cognomine dicunt, vbi Seruius dicit debere subintelligi quam & nullo modo quem.

¶ De nominibus Patronymicis.

**P**atronymica masculina in nominibus primæ declinationis formantur à genitiuo e finali mutata in des, vt Aeneæ, æneades. In nominibus secundæ declinationis fiunt à genitiuo addita des, vt Aeacus, æaci, æacides, Quæ tamen in eus, diphthongon terminantur cum duplicem habeant genitiuum in ei, & in i formant patronymicū à genitiuo secundo addita des,

### LIBER III.

vt pentheus, pemthei, vel penthi, penthides. In nominibus tertiæ declinationis patronymica formantur à datiuo addita des, vt Nestor, nestoris, nestori, orides,

Sed hæc regula non est vsiquæque vera. Nam auctores aliquando addunt aliquid, aliquando detrahunt vt atlanti, atlantiades, pro atlantides. Amphyrionides, pro amphyrionides. Meneciades, pro menecides. Meniades, pro menides. Aenides quoque Vergilius dixit pro æneades libro 9: Sit satis ænide telis impune Numanum Oppetisse tuis. Idē quoq; Scipiades formauit pro Scipionides. Deucalides, pro deucalionides. Declinanturque per primam nominis declinationem. Patronymica fœminina fiunt à masculinis patronymicis ablata de, vt ab Aeolides, æolidę, æolis, æolidis. à Theseides, theseis, theseidis. à Pelides, pelias, peliadis, declinanturque per tertiã nominis declinationē.

Reperiuntur pauca nomina patronymica fœminina in ne, desinētia per primam nominis declinationē variata, vt Nerine filia Nerci, Adrastine filia Adrastris Acrysiōne filia Acrysi.

Cum patronymica propriè à nominibus patrum deriuentur, aliquando trahuntur à nominibus matrū, aliquando ab auis paternis siue maternis, aliquando à fratribus aut sororibus, aliquando ab vrbibus, siue vrbium conditoribus, de quibus passim exempla reperies apud auctores,

#### ¶ De aduerbijs Localibus.

**A**duerbia localia in quadruplici sunt differētia, hoc est, aut in loco, aut de loco, aut ad locum, aut per locum, vbi & vbinam, quærunť de loco in quo, vt vbi est Antonius?

Quo & quorsum, quærunť de loco, ad quem, vt quo proficisceris?

Vnde, quærit de loco à quo, vt vnde venis ò Antonius?

Qua, quærit de loco per quem: vt qua iturus es?

Interrogantibus per hæc aduerbia, aut respondemus

æque

## DE ADVERBIIS.

æque per aduerbia, aut per nomina propria locorum aduerbialiter posita. Si respondere velis per nomina propria locorum interroganti vbi est aut sit aliquid: si ciuitas illa siue sit oppidum, siue municipium, siue castellum, siue pagus, siue vicus declinatur per primam aut secundam nominis declinationem in numero singulari, tunc ponitur in genitiuo, vt est Salmanticæ, est Toleti. Si per tertiam, aut pluraliter declinatur, ponitur in ablatiui, siue (vt vult Seruius) in datiuo, vt est Hispali, est Septimancis, est Burgis, est Trallibus. Illa quoque nomina appellatiua Togæ, Militiæ, Domi, Ruri, rationem priorum sequuntur: ponunturque aduerbialiter sicut illa.

Si per aduerbia: per vnum ex ijs quæ sequuntur responderi oportet, Fingamus igitur eum quo cum loquimur sit Hispali, & de quo loquimur sit Toleti: is vero qui loquitur sit Salmanticæ. Quærenti itaque vbi est Antonius? Respondebis hic, id est, Salmanticæ vbi ego sum.

- Istic, id est. Hispali vbi tu es.
- Illic, id est. Toleti vbi aliquis est.
- Vbi, id est in loco vbi aliquis est.
- Sicubi, id est si in aliquo loco vbi aliquis sit,
- Necubi, id est ne in aliquo loco aliquis sit
- Alicubi, id est in aliquo loco.
- Vbiuis, id est in quouis loco.
- Vbique, id est in omni loco.
- Vbiliber, id est in quolibet loco.
- Vbiubi, id est in quocunque loco.
- Vbicunque, id est in quocunque loco.
- Alibi, id est in alio loco.
- Vtrobique, id est in vtroque loco.
- Ibi, id est in eo loco.
- Ibidem, id est in eodem loco.
- Inibi, id est in eodem loco.
- Vsqvam, id est in aliquo loco,

Nusquam

## LIBER III.

**Nusquam**, id est, in nullo loco.

**Intus**, id est, in interiori loco.

**Foris**, id est, in exteriori loco.

**Supra**, id est, in superiori loco.

**Infra**, id est in inferiori loco.

### ¶ Significantia ad locum.

Interroganti quo imus, si per vrbium nomina respondemus illa ponimus in accusatiuo aduerbialiter: vt eo Salmanticam, Toletum, Hispalim, Septimancas, Burgos, Trallos, rus, domum. Sed militiam & togam non dicimus. Sed per aduerbia respondemus sic:

**Huc**, id est, Salmanticam vbi ego sum.

**Isthuc**, id est, Hispalim vbi tu es.

**Illuc**, id est, Toletum vbi aliquis est.

**Alio**, id est, ad alium locum.

**Vtrobique**, id est ad vtrumque locum.

**Quoquo**, id est ad quemcumque locum.

**Quouis**, id est, ad quemlibet locum.

**Eo**, id est ad eum locum.

**Eodem**, id est ad eundem locum.

**Siquo**, id est ad aliquem locum.

**Nequo**, id est ne ad aliquem locum.

**Aliquo**, id est ad aliquem locum.

**Intro**, id est ad interiorem locum.

**Foras**, id est ad exteriorem locum.

**Sursum**, id est ad superiorem locum.

**Deorsum**, id est ad inferiorem locum.

**Dextrorsum**, id est ad dexteram.

**Sinistrorsum**, id est ad sinistram.

### ¶ Significantia de loco.

Interroganti vnde venimus, si per vrbium nomina respondemus, illa ponimus in ablatiue aduerbialiter, vt venio Salmantica . Toletum . Hispali . Septimancis . Burgis . Trallibus, rure, domo. Sed non dicimus militia & toga. Sed per aduerbia respondemus sic:

**Hinc**, id est ab eo loco vbi ego sum.

**Istinc**, id est ab eo loco vbi tu es.

**Illinc**, id est ab eo loco vbi aliquis est.

Sicum

## DE VERBIIS LOCAL

Sicunde, id est si ab aliquo loco.

Necunde, id est ne ab aliquo loco.

Aliunde id est ab alio loco.

Alicunde, id est ab aliquo loco.

Vtrinq;, id est ab vtroq; loco.

Vndiq;, id est ex omni loco.

Vndeuis, id est ex quouis loco.

Vndeunde, pro ex quocunq; loco.

Vndecunq;, pro ex quocunq; loco.

Inde, id est ab eo loco.

Indidem, id est ab eodem ipso loco.

Intus, id est à loco interiori.

Foris, id est à loco exteriori.

Superne, id est à loco superiori.

Inferne, id est à loco inferiori.

Cœlitus, id est à cœlo.

¶ Significantia per locum.

Interroganti qua profecturi sumus, si per vrbium nomina respondemus, ponimus illa quæ in ablatiuo, vt Salmantica, Toletu, Hispali, Septimancis, Burgis, Trallibus, rure, domo. Sed non dicimus militia & toga. Sed per aduerbia respondemus in hunc modum:

Hac, id est per locum vbi ego sum.

Istac, id est per locum vbi tu es.

Illac, id est per locum vbi aliquis est.

Siqua, id est si per aliquem locum.

Nequa, id est ne per aliquem locum.

Alia, id est, per alium locum.

¶ Libri quarti finis.

## SEQVITVR QVINTVS

Liber, de Syllabis.



# LIBER QVIN

## TVS QUI EST DE PROSODIA.

¶ Caput primum in quo præmittit  
regulas generales.

**S**yllaba lōga duo cōsumit tempora: sed quæ  
Dicitur esse brevis, tēpus sibi vēdicat vnū.  
Ancipites profert vocales sermo latinus.  
Nā modo correptas, modo lōgas promit easdē  
V sequitur post q semper, semperq; liquescit.  
At post s & g, vim seruat, vimq; remittit.  
L aut r aut s vsu plærunq; liquescunt.  
M aut n raro, seruant quandoq; rigorem.

**L**iber quintus, Prosodia cui inter quatuor præce  
ptiuæ Grammaticæ partes syllaba respondet, in  
ordine naturæ secunda est, via tamen doctrinæ  
vltima. Syllaba vero (quântū ad præsentē considera  
tionē attinet) aut attenditur ratione tēporis in q̄ pro  
fertur quā syllabæ quantitatē appellamus, aut ratio  
ne altitudinis & profunditatis: in quibus ratio cōsistit  
accentus. Agit itaq; prius de syllabarum quantitate, si  
ne qua accentus latini ratio constare non potest.

¶ Syllaba longa. Anteaq; tradat regulas de syllaba  
rum quantitate. Præmittit quasdā suppositiones qua  
rum prima est, quod syllaba longa est illa, quæ consu  
mit duo tēpora in prolatione, vt mos, rex. Brevis  
uero, quæ vnum tempus consumit, vt sal, at duo tēpo  
ra, id est spacium duplex ad illud tempus in quo sylla  
ba brevis profertur, vt syllaba brevis sit mensura lon  
gæ. Consumit, subaudi in prolatione. ¶ Ancipites. Se  
cundum præsuppositum est, quod omnes vocales a  
pud Latinos ancipites sunt & mēdiæ (hoc est) quod  
aliquant

## DE SYLLABIS.

aliquando produci, aliquando breuiari possunt, sed qđ dicit sermo latinus. propterea quod apud Græcos dug sunt semper longæ, eta & omega. Duæ æternum breues epsilon & omicron. Tres bitemporales, quæ aliquando producantur, aliquando breuiantur, alpha, iota, ypsilon. ¶ V sequitur post q. Tertium præsuppositum est, quod post q semper sequitur u, sed illud non est vocalis simpliciter, sed cum adiectione vocalis liquida. Itaq; non constituit syllabam per se: neq; habet vim producendi vocalem: quam præcedit: cū neq; in synæresim, neq; in diphthongon coeant, & hoc significat esse liquidam. Sed post s & g, aliquando est vocalis simpliciter: vt suis sua suum, suo suis. ambiguus, irriguus: aliquando est vocalis liquida, vt suavis, suadeo, lingua, languo. ¶ Seruat vim, id est, vocalis rigorem. ¶ Remittit vim, id est, amittit languescitq;. ¶ L, aut r. Quartum præsuppositum est, quod quinque sunt consonantes liquidæ . l. m. n. r. s, sed tres l. r. s, in vsu plærunq; reperiuntur liquidæ. m. n. raro. Dicuntur autem liquidæ: quoniam cum sit proprium duarū consonantium vocalem præcedentem producere si sequatur muta cum liquida: aliquando liquida illa vim suam amittit, aliquando retinet suum vigorem. i. vim intensam & nō remissam siue liquefcentem: sed de hoc paulo post in secunda regula.

Dictio vocali si desinat, atq; sequatur  
 Altera vocalis, perimit synalcepha priorem.  
 Si finitur in m, vocalis & inde sequatur:  
 M perit ec̄thlipsi cum vocali præeunte.  
 Syllaba quā scribis diphthongo, lōga notetur.  
 Quod si vocalis sequitur breuiabis eandem.

¶ Dictio vocali si. Quintum præsuppositum est: quod si in eodem versu aliqua dictio finitur in vocali, sequiturque altera dictio incipiens quoque a vocali:  
 prior

prior, illa dispungenda est: neque in ratione versus numeranda per figuram: quæ à grammaticis dicitur synalœpha in specie metaplasmi, vt sc̄per ego auditor: extrita o. legendum semper egauditor. Aliquãdo etiã ab autoribus fit synalœpha ex fine præcedentis versus & principio sequentis. Vergi. secundo Georgicorum: Inseritur vero ex fortu nucis arbutus horrida. sequitur alter versus. Et steriles platani malos gessere valẽtes. ¶ Si finitur in m. Sextum præsuppositum est: quod si in eodem versu aliqua dictio finitur in m. litera: sequiturque altera dictio incipiens à vocali dispungendum est illud m. cum vocali præcedente ne fiat metacismus. vt ait Victorinus per figuram quæ à Grammaticis dicitur ec̄thlipsis species quoque metaplasmi. Verg. i. Aeneid. Venturum excidio Lybiæ sic voluere parcas, extrita m. cum sua vocali proferendum est: ventur excidio Lybiæ. Fit Ec̄thlipsis aliquando ex fine dictionis præcedentis: & principio sequentis vt apud Vergilium secundo Georgi. Aut dulcis musti vulcano decoquit humorem. Et sequitur alter versus Et folijs vndam tepidi dispumat aheni. Apud antiquissimos m aliquãdo nõ abñciebatur: vt apud Enni. Insignita forent tum milia militum octo. ¶ Syllaba quam scribis. Prima regula est syllaba quæ scribitur diphthongo est longa, vt audio, æquor, euge, pœna. Sed si sequatur vocalis: à qua incipit sequens dictio, aut in eadem dictione si sit composita. diphthongus breuiatur. Verg. 3. Aene. Insulæ Ionio in magno quas dira celo. Item in oct. Stipitibus duris agitur sudibusve præustis.

Siue breuis seu longa tibi vocalis habetur.  
 Porrectam dices, si duplex consona subfit.  
 Hæc tria sunt elementa tibi geminantia vires.  
 Zeta valet sigma cum delta xi. cappa, sigma.  
 Atque duas inter vocales iota repertum.  
 Pro duplici numeramodo sit tibi dictio simplex  
 syllaba

## DE SYLLABIS.

Syllaba si brevis est natura, & muta sequatur  
 Cum liquida, semper breuiabit sermo solutus:  
 At carmen poterit producere seu breuiare.

¶ Siue brevis. Secunda regula est. quod si post vocalem siue longam siue breuem sequantur duæ consonantes aut vna vim duarum habens vocalis illa produci-  
 tur, vt vestis salubris. Et subdit quod tres sunt eius-  
 modi consonantes vim duarum habentes, z. pro sd. x.  
 pro cs. siue pro gs. & iota in medio duarum vocalium  
 posita, vt gaza, dixi, maia. In principio tamen dictio-  
 num pro simplicibus habendæ sunt, neq; vim habent  
 vocalem præcedentem producendi. Vergilius quarto  
 Aeneid. Iam medio apparet fluctu nemorosa racyn-  
 thus. Et Lucanus in xi. Tumidum super æquora Xer-  
 xem. I. quoque consonans pro simplici habetur si di-  
 ctio ab illa incipiens componatur, vt bijugus bijuga  
 bijugum. à bis & iugum. Vergil. 5. Aeneid. Non tam  
 præcipites bijugo certamine campum. Itaq; non sine  
 causa est adiectum, modo sit tibi dictio simplex, quod  
 etiam ad x. & z. potest pertinere nisi quod exempla  
 non succurrunt, propterea quod ab illis literis nulla di-  
 ctio incipitur: nisi sit peregrina. ¶ Syllaba si brevis est.  
 hæc non tam regula per se est, quàm exceptio siue li-  
 mitatio regulæ superioris. dicitq; q; si post vocalē na-  
 tura breuem sequatur duæ consonantes quarū prior  
 sit muta & posterior liquida in sermone soluto (hoc  
 est in prosa oratione) vocalis illa semper est brevis. In  
 carmine vero potest produci & breuiari, vt tenebræ,  
 pharetra, meleagri. Neque solum in eadem dictione  
 sed etiam in diuersis habet verum, vt apud Verg. i. Bu-  
 co. Terrasq; tractusq; maris cælumq; profundū. Idē  
 in Geor. Tribulaq; trahatq; & iniquo pondere rastro.  
 Iuven. Occulta spolia & plures de pace triumphos. Syl-  
 laba vero dicitur natura brevis, quæ semper talis re-  
 peritur nisi positione producat. Syllaba nam longa  
 est quæ nunquam reperitur brevis. Quæ autem si  
N brevis

## LIBER V.

breuis. quæ longa natura per regulas quæ de syllabarum quantitate traduntur scire poteris.

Si post vocalem vocalis & altera subsit,  
 Illa prior brevis est (dū sint modo verba latina)  
 Nam Græci variant, nec certa lege tenentur.  
 Fio producit dissyllabon, Et genitiui  
 Longa penultima sit quintæ, cui iunge datiuū.  
 Sed breuiant tantum tria, res q̄, spes q̄, fides q̄.  
 Si genitiuus erit, quem dat pronomen in ius.  
 Seu nomen, longam poteris proferre breuē q̄.  
 Corripit alterius, semper producit aliū.

¶ Si post vocalem. Tertia regula est. quod syllaba que post vocalem alteram habet vocalem brevis est, quod intelligendum est in eadem dictione: nam in diuersis per synalæpham prior abijcitur, quemadmodum in sexto præsupposito diximus: aliquando etiam syllaba longa ratione sequentis vocalis breuiatur. id quod de diphthongo diximus. vt Vergilius in Bucō. Te Coridon ô Alexi trahit sua quenq; voluptas. Idē in eodem: Vale vale inquit Iola. Idem quinto Aenei. Victor apud rapidum Simoenra sub ilio alto. Deinde subdit quod regula intelligitur de dictionibus Latinis: nam græci aliam rationem sequuntur in illis. De vocali ante vocalem nulla certa regula dari potest tametsi nescio quid tentauimus tradere in nostris commentationibus. Deinde ponit exceptionem dicens. quod hoc verbum fio cum est dissyllabum producit primam, vt fio, fiunt, fiam, fies, fiet. Et quod genitiuus & datiuus quintæ declinationis producant penulti. hoc est e ante i. finalem. vt dies diei, species speciei. Sed tria nomina huius declinationis breuiant eandem penultimam. Res rei, Spes spei, fides fidei. ¶ Si genitiuus erit. quod pronomina secundæ declinationis facientia genitiuum in ius. per i, vocalem, & nomina illa octo quæ



## DE SYLLABIS.

quæ ad secundam pronominis declinationem referuntur, habent vocalem illam genitiui indifferentem: vt vnus vnius, vllus vllius, nullus nullius, solus solius, vter vtrius. præterq̄ quod alter semper corripit alterius, & alius quod semper p̄ducit alius. Heu q̄q̄ interiectio producitur, & hanc, v trobiq̄, autore Probo.

**E. de. præ. se. di. componens non breuiabis.**

Sed breuiant: si uocalis subit atq; disertus.

Tenditur a. nostrum: sed Græcis a. breuiatur.

Re. breuiat semper, nisi duplex consona subsit.

Refert pro refert, seu distat porrigere semper.

Sed, pro, componens debes producere sæpe.

(His tamen exceptis) proficiscor, siue profan<sup>o</sup>.

Profiteorq; addas, p̄for, atq; p̄fundo p̄fūd<sup>o</sup>:

¶ **E. de. præ. se. di. quod hæc præpositiones tres priores separabiles, & duæ posteriores inseparabiles in compositione semper producantur, vt eligo, is, deligo deligis: præligo, is: seligo, is: diligo, is: sed si uocalis sequatur per regulam superius traditam breuiantur, vt deero, deorsum: præco, præuro, seorsum. Breuiat quoque hoc nomē disertus. quod videtur ab eo quod est differo, is, deriuari, altero s. extrito.** ¶ Tenditur a. no. q̄ a. præpositio in compositione producitur, vt auus auia, auium, amens, entis, sed a. particula Græca priuatiua breuiatur, vt acharis, adyta, atomus. ¶ Re breuiat, quod hæc præpositio re. Inseparabilis in compositione breuiatur: vt repono reponis, refero refert, pro eo quod est retro vel iterum ferre. Nā pro eo qd est refert: siue distat: (hoc est differentia est) producitur. vnde à quibusdam per duplex ff scribitur. Inuenialis, Quid refert quanta nemorum ueteretur in umbra? Si tamen sequantur duæ consonantes ex regula generali superius tradita producantur, vt referto, relliquia, relligio, Imo quoties re. inuenitur

LIBER V.

producta in carmine semper consonatis quæ sequitur debet geminari, vt reppuli rettuli. ¶ Sed pro componens, quod hæc præpositio latina pro in compositio ne producit, vt prodo, prodis: promitto is: proluo, is. Excipiuntur pauca quæ sequuntur. Proficiscor proficisceris profectus, quod Gell. lib. 2. ex autoritate Ciceronis primam dicit habere breuem. Vergilius septimo Aeneidos. Arcados his oris genus à Pallante profectum, alij tamen producant. Iuuenalis: Profectura domo Sicula non mitior aula. Profanus, profana, profanum. Vergilius sexto Aeneid. Procul o procul este profani. Profiteor profiteris. Ouidius secundo de remedio: Vtilitas lateat quod non profitebere fiet. Horatius in arte poetica: Inceptis grauibus plærunq; & magna professis. Profer, aris. Vergil. quarto Aene. Et sic accensa profatur. Lucretius in x. Hoc satis est dixisse Iouem, sic ille profatur. Profundo is, quod Gell. dicit primam breuiari. Silius, libro 9. pu. Impia demētis vulgi & vox tota profudit. Catullus tñ producit dicens. Has postq̄ mæsto profudit pectore voces. Profundus, profunda, profundum. Vergilius in Bucoli. Terrasq; tractusq; maris cælumq; profundum.

Et profug<sup>9</sup>, profugitq; pcella, procuro, pfest<sup>9</sup>.  
Et ppero, pneposq; Propert<sup>9</sup>, atq; pneptis.  
Quæq; pro, vox græca cōponit, corripiantur.

¶ Profugus, profuga, profugum. Idem primo Aenei. Italiam fato pro fugus lauinaq; venit. Profugio profugis. Flaccus 7. argonau. Contingit vix deinde mori, & sic fata profugit. Columella in herto, Sed trepidus profugit, chelas & spicula phœbus. Procella procellæ. Vergilius primo Aeneidos. Talia iactanti stridens aquilone procella. Procuro procuras. Ouidius quinto Fastorum, Risit & his inquit facito mea tela procures. Actius. Exercent epulas læti, famulosque procurant. Vergilius tamen libro nono Aeneidos producit,

## D'E SYLLABIS.

cit, dicens. Quod superest læti bene gestis corpora re-  
 bus Procurate viri. & Horatius, Hæc ego procurare,  
 & idoneus imperor. Profestus sta, profestum. Horati.  
 Non ego narrantem temere edi luce profesta Quic-  
 quam præter olus. Propero, ras. Vergilius nono Ae-  
 neidos: Ne properate meas Teucri defendere naues.  
 Pronepos pronepotis. Ouidius xi. Metamorphi. Nep-  
 tunus auus pronepos ego regis aquarum. Proneptis.  
 Persius, iam reliqua ex amitis patruelis nulla pronep-  
 tis. Propertius. Martialis: Accipe facundi carmen iuue-  
 nile Properti. Quæq; pro. quod dictiones compositæ  
 ab hac præpositione Græca pro. breuiant. vt propon-  
 tis propino, prologus. Lucanus in nono: Paruo ruat  
 ore propontis, Iuuenal. Quando propinat vitro tibi,  
 suntq; tuis contacta labellis.

Compositum nomen si finit parte priori  
 In iota aut omicron, semper breuiabit eadsem.  
 Sed producit vbiq; tibicen iungis ibidem,  
 Omnia præterita profer dissyllaba longa.  
 Findo fidi breuiat, scindo scidi: & dedit à do,  
 Et bibo dat bibit, & fero dat tulit: & stetit à sto.  
 Sed si vocalis præcedit corripitur,

¶ Compositum nomen, quod nomen compositum ter-  
 minans in i, vel in o. partem primam compositionis  
 breuiat illud i, vel o. Sed in i, partim sunt latina. par-  
 tim vero græca, vt armiger, omnipotens, archigenes,  
 anthiteton. In o, vero omnia sunt græca. vt Sopho-  
 cles, Temistocles, Carpophorus, Christophorus, De-  
 mocritus. De latinis producant duo aduerbia, vbiq;  
 quod ex vbi. & quod particula componitur. & ibi-  
 dem. quod ex ibi & dem, siue demum. Tibicen quo-  
 que, quod ex tibia & cano is, ij duplici in vnum coa-  
 lescentem per synæresim. Producant præterea com-  
 posita quæ in priori parte declinantur. vt plæriq; plæ

N 3      ræq;

LIBER V.

raꝓ, vtriq; vtraꝓ, quanticunque quantacunque. Meridies quoq; quod à medius & dies componitur, d. mutata in r. vt Catullus in carmine Phaleutio. Iube ad te veniam meridiatum. ¶ Omnia præterita, quod præterita duarum syllabarum producunt ex illis priorē, vt lauo laui, caueo caui, moneo moui, facio feci. Breuiat̄ vero sex verba quæ hic explicantur. findo fidi cuius compositum, Verg. in 8. Aenei. protulit. Et media aduersi liquefacto tempora plūbo diffidit. Et scindo scidi, Lucanus in tertio. Qua mare tellurem subitis aut obruit vndis, aut scidit. Do dedi. Vergilius 2. Aeneid. sam Dei phœbi dedit ampla ruinam. Bibo bibi, Martialis. Dixit & ardentes auido bibit ore fauillas: Fero tuli, Ouidius 1. metamor. Et tulit ad Climenem Epaphi conuirta matrem. Sto steti. Vergil. in 5. His magnum cæcidem contra stetit, his ego suetus. Habentia vocalem ante vocalem ex regula superius tradita breuiant quoq; vt ruo rui, luo lui, nuo nui.

Quod si præteriti geminetur syllaba prima,  
Vtraq; corripitur, nisi duplex consona, tardet.  
Cædo cecidi dat, cui iunges pedo pepedi.  
Quæ si componas, ex his dispunge priorem.  
Longa supina manent dissyllaba fede priori.

¶ Quod si præteriti, quod præterita geminantia primas syllabas habent illas vtraq; breues: nisi post secundam sequantur duæ consonantes. Verba geminantia primas syllabas in præterito hæc fere sunt. Primæ coniugationis illa duo, do dedi, sto steti. Secundæ, mordeo momordi, tondeo totondi, spondeo sponondi, pendeo pependi. Tertiæ, pario peperci, disco didici, pareo peperci, posco poposci, pendo pependi, tendo tetendi, tundo tutudi, pungo pupugi, tango tetigi, fallo scelli, pello pepuli, tollo tetuli, cano cecini, curro curri: duo vero illa cædo cecidi, & pedo pepedi, producunt secundam licet non sequantur duæ cōsonantes.

Quæ

## DE SYLLABIS.

¶ Quæ si componas. Quod verba geminantia in præterito primas syllabas, si componantur amittunt in compositione priorem ex illis, secunda vero perstat in sua quantitate, vt *tondeo totondi, detonco detondi, spondeo sponondi, despondeo despondi, tundo tundi, contundo contudi*. Horatius in Epistolis. *Duram qui contudit hydram*. Ennius tamen produxit dicens. *Virosq; valentes Cõtudit crudelishyems*. ¶ Abscidi præteritum ab eo quod est abscondo breuiat: ab eo quod est abscido producit. Do tamen & sto & pungo cum re, & curro cum præ, in compositione, nihilominus geminant primas syllabas. ¶ Longa supina. quod supina duarum syllabarum produciunt ex illis prioreni, vt *lauo lotum, poto potum, moueo motum, foueo fotum, cresco cretum, nuo nutum*. Breuiant vero quæ hic explicantur cum suis compositis ex prima coniugatione, *sto stas steti statum, consto as, constiti cõstitutum, præsto as, præstitum* Luca. in. x. His ascripsit *aquis quorum stata tempora flatus. staturus tamen* Luca. in 6. producit dicens. *Vnaq; percussit pontum symplegas inanem, & statura redit.*

Hæc breuiat primas, & quæ componis ab illis, Et *stat<sup>9</sup>* atq; *dat<sup>9</sup>*, *ratus*, & *ritus* & *fat<sup>9</sup>*: hisq; Et *situs* & *litus* & *citus* & *quit<sup>9</sup>*, atq; *itus* addes, Ex *ui*, præterito *ui*, in *tum*, faciente supinum (Præter sex illa iam dicta penultima lōga est.

¶ Cõposita vero quæ mutant a, in i, omnia breuiat q̄ vero nõ mutant produciunt vt *consto stiti constitũ constatũ, præsto stiti præstitũ præstatũ, insto stiti institum instatum*. A *dat<sup>9</sup>*, a, um, tam mutantia a, in i, q̄ non mutantia in cõpositione breuiant. vt *circũdo circũde di circundatus, Reddo redditũ, Ratus, a, um a reor*. Vergiliu. 2. *æneid. Nos abisse rati, & ab eo composita & deriuata breuiant, vt irritus & ratio*. *Rutus* à *ruo* suis, quod in supinis facit *ruitũ*: sed in cõpositiõe semp *ruitus* in penultima breuiat, vt *obruo obrui obrutus,*



LIBER V.

diruo dirui dirutus, eruo erui erutus. Satus à sero seris  
 Vergilius in Bucol. Dulce satis humor depulsis arbu-  
 tus lædis. Composita quoq; mutantia a, in i, breuiant,  
 vt consero confitus, infero insitus assero assitus. Situs  
 a, um, à sino finis. Ouidius 2. metamor. Hic situs est  
 phaeton, & ab eo compositum desitus a, um, etiam bre-  
 uiat. Lirus a, um. Verg. 2. Geor. Paribus lira corpora  
 guttis, ab eo quoq; composita breuiant, vt Illirus a, ū,  
 oblitus a, um, citus a, um, à cieo is, siue cio is. Ouidius.  
 2. metamor. Obuius ire polis nec te citus auferat axis.  
 Composita vero tum correpta tum producta repe-  
 riuntur vt Excitus, cita, citum, accitus, accita, accitum,  
 concitus, concita, cōcitum. Quitus a, um, à queo is &  
 nequitus à nequeo nequis. Terentius. in Ecyra. For-  
 ma in tenebris nosci non quira est. Itus ita, itum, ab  
 eo is. Ouidius. sed itum est in viscera terræ, & ab eo  
 composita vt peritus a, um, obitus a, um, aditus a, ū.  
 ¶ Ex ui, præterito, quod supina venientia à præteri-  
 tis verborū, ui mutata in tum produciunt penultimā  
 vt amo amas amauī amatum, rogo rogas rogauī ro-  
 gatum, cupio cupis cupiui cupitum, quæro quæris  
 quæsiui quæsitum, audio audis audiui auditum, quod  
 præceptum ad supina etiam duarum syllabarum ex-  
 tenditur, præter illa sex quæ in superiori regula sunt  
 posita, ea sunt: seui satus, siui situs, liui litus, ciui ci-  
 tus, quiui quitus, iui itus,

Dictio composita deriuatiuaq; simplis.

Et primogenitis æqualia tempora seruat,  
 Sed sunt multa, quibus non seruit regula semp.  
 Illa tamen quæ sunt, primas mediasq; require,

¶ De cremento singulari. Cap. II.

**E**X a. mittit atis, genitiu<sup>9</sup>, & est breuiandus.  
 Onis & enis ab o producit, inis breuiatur.

¶ Dictio cōposita. q. dictio cōposita & deriuatiua æ-  
 qualia rē tinent tempora suis primitiuis & simplicibus,  
 etiam si

## DE CREMENTO.

etiam si vocalis in vocalem mutetur, dūmodo eadem consonans maneat: quod si consonans mutetur, ad regulas particulares recurrēdū est, hoc est, quæ tradētur de primis & medijs syllabis. Esto exempli causa, quæro primam producit diphthongo, in cōpositione mutat æ. diphthongon in i, longum, quia mansit eadē consonans, hoc est r, vt inquirō inquiris, requiro iris. At vero iuuenis primam breuiat, sed quia iunior cōsonantem mutauit, hoc est, u in n, eandem producit, nihilominus tamen patitur hæc regula exceptionem, etiam si consonans non mutetur, vt à tego deriuatur regula, à rego regula, à sedeo sedes, à lateo laterna. In primitiuis tamen breuiāt, in deriuatiuis producunt. E contrario à dico deriuatur dicax, à luceo lucerna, ab areo arista, ab offa offella, à mamma mamilla. In primitiuis tamen producunt, in deriuatiuis breuiant.

¶ De cremento sing. nominis.

**E**X a mittit atis. Caput secundum. De cremento genitiui super nominatiuum in numero singulari tradit regulas per ordinem terminationū in nominibus quæ possunt recipere crementum illud, quæ omnia sunt secundæ aut tertiæ declinationis.

¶ Ex a mittit atis, quod in a. desinētia quæ sunt græca & ad tertiam nominis declinationem referuntur: breuiant crementum, vt dogma dogmatis, emblemata emblematis, poemata poematis, ænigma atis.

¶ Onis & enis, quod desinentia in o, quæ mittunt genitiuum in onis aut in enis, producunt vt sermo onis, lectio lectionis, dictio onis, anio anienis, nerio enis. Quæ vero mittunt in inis, breuiāt ut apollo apollinis, virgo virginis, homo hominis.

Al alis neutrum producit, sed breuiat mas.  
Nomen in el elis protendit, dic & Hebræum.  
Il breuiabit ilis. Vl vlis iungere debes.  
Vnus in ol est sol, crementum porrigiturque,

N s An anis

LIBER V.

An anis produc, atq; en si mittit in enis.

Quod si mittit inis breuiat. In porrigit inis.

On modo producit, modo corripit o genitiui.

Si tenet o magnum producit, si breue curtat.

¶ Al alis neutrum. quod nomina neutra in al desinentia quæ omnia mittunt genitiuum in alis, producant: vt animal animalis, tribunal tribunalis, vectigal vectigalis; masculina vero breuiant. vt sal salis, hannibal hannibalis. Nomen in el. quod nomina in el desinentia quæ omnia sunt hebræa, mittentia genitiuum in elis, producant. vt Michael Michaelis, Gabriel Gabrielis, Raphael Raphaelis, Daniel Danielis, Manuel Manuelis, Israhel Israclis. ¶ Il breuiabit ilis. quod nomina in il & in ul desinentia breuiant. vt vigil vigilis, pugil pugilis, consul consulis, præsul præsulis, exul exulis. ¶ Vnus in ol. quod in ol vnum tantum reperitur, sol solis, quod producit. ¶ An anis produc. quod nomina in an desinentia, quæ omnia sunt græca, producant. vt pean peanis, titan anis, arcanan anis. ¶ Atq; en. si mittit in enis. quod nomina desinentia in en, quæ mittunt genitiuum in enis producant, vt ren renis, splen splenis, lyen lienis, lychen enis, siren enis, quædam tamen ex græcis quæ videlicet in genitiuo habent epsilō breuiant vt hymen enis, damen enis, quæ vero mittunt genitiuum in inis, quæ omnia sunt latina, breuiant, vt nomen nominis, fulmen fulminis, numen numinis, culmeu culminis. ¶ su porrigit. quod nomina in in desinentia, quæ omnia sunt græca facientia genitiuum in inis, producant, vt delphin delphinis, eleusin eleusinis, salamin salaminis. ¶ On modo producit. quod nomina in on desinentia quæ omnia sunt græca, aliquando producant, aliquando breuiant. nā quæ retinent omega, id est o magnum, in genitiuo producant, vt amydon onis, babilon onis, cytheron onis, quæ vero mutant in omicron, id est breue, breuiant. vt demoni damoni, canon canonis, Agamemnon Agamemnonis, Iason

## DE CREMENTO.

Iason Iasonis . sed de his in declinatione græca plura dicemus.

Nomen quod fit in ar , genitiuo protrahit aris.  
 Sed breuiat Cæsar, cum nectare parq; iubarq;.  
 Atq; arar & baccar, peregrinaq; nomina quæ dā  
 Tertia quod nomen declinat siue secunda,  
 Si finitur in er, breuiabis. Demis iber, ver.  
 Græcum nomen in er, modo curtat vt æther  
 & ær.

Et modo producit, ut crater atq; character.  
 Et breuiant treuir, & vir, cum martyre gaddir.  
 Porrigit oris ab or, breuiant sed marmor & æ-  
 quor,  
 Et memor atq; arbor, græcū quoq; iūgitur illis  
 Et quod componit corpusq; puerq; decusq;.

¶ Nomen quod fit in ar , quod nomina desinentia in  
 ar producant. vt puluinar puluinaris, torcular torcu-  
 laris, coclear coclearis. Breuiant vero Cæsar cæsaris,  
 arar araris, iubar iubaris, nectar nectaris, par paris,  
 baccar bæcaris, & nomina quædam barbara, vt limil  
 car aris, caspar aris, hostar aris. ¶ Tertia quod nomē,  
 q; nomina in er desinentia quæ per secundam siue ter-  
 tiam declinationem inflectuntur breuiant, vt puer ri,  
 miser miseri, gener eri, anser anseris, mulier mulieris.  
 Producant vero ex secunda declinatione iber iberi, &  
 ex eo compositum celtiber beri. Ex tertia quoq; ver  
 veris. Et nomina græca retinentia in genitiuo eta hoc  
 est e longum, vt byzer byzeris, crater ris, lialter eris,  
 physter feteris, clyster clysteris, elymater elymate-  
 ris, character cteris, chremaster eris, luter eris, pãther  
 pantheris, scater stateris, soter eris. Quæ vero mutan-  
 tur in epsilon breuiant vt ær æris. Sed de his cum de  
 græcis plura dicemus. ¶ Sed breuiant, Quod secundæ  
 declinati

LIBER V.

declinationis duo reperiuntur nomina, treuir treuirī,  
& vir viri, & tertiæ declinationis item duo martyr  
yris, gadir yris, corripientia crementum. ¶ Porrigit  
oris, ab or. quod nomina desinentia in or, producant  
vt amor oris, dolor oris, decor oris. Sed breuiant q̄  
hic ponuntur. s. marmor oris æquor oris, memor oris  
arbor oris, & nomina græca, vt castor oris, rhetor  
oris, nestor oris, polymnestor oris, & nomina cōposi  
ta à corpore, vt bicorper oris, tricorper oris, & à pue  
ro, vt marcipor oris, publipor oris, & à dedecore (qd̄  
est decus) vt dedecor oris, indecor oris.

Vr breuiat semper, sed de fur dicito furis,  
As atis produc, breuiat sed vas vadis & mas.  
His addatur anas, & ados. capientia græca,  
Es breuiabit etis, vel itis, sed deme quietis,  
Et magnes, locuplesq̄. Et græcū quod facit etis  
Merces mercedis, illis iungatur & hæres,  
Datq̄ ceres cereris, quod solū in ris breuiabit.  
Pesq̄ pedis breuiat, nomenq̄ qd' ex sedeo fit.

¶ Vr breuiat, quod nomina secundæ declinationis ter  
minata in ur, vt satur turi (nam quod matur, turi, re  
periat non constat.) Et nomina tertiæ declinatio  
nis exeuntia in uris siue in oris, vt vultur uris, anxur  
uris, turtur uris, iecur oris, breuiant crementum, præ  
terq̄ fur furis quod producit. ¶ As atis. q̄ nomina de  
sinentia in as, producant crementum, quod p̄ ærunq̄  
exit in atis, vt pietas atis, estas atis, meccenas atis, ci  
uitas atis. breuiant vero vas vadis, nam vas vasis pro  
ducit, breuiat quoq̄ mas maris & anas atis, quod ne  
cui dubium videatur: probant autores Ruffus in ara  
tro. Latipedemq̄ anatem cernes excedere ponto. Ma  
cer quoq̄: Anseris aut anatis mixta pinguedine tau  
ri. & Marti. in carmine trimetro iambico quod reci  
pit in primo loco tribrachū. Et anatis habes vropy  
gium



## DE CREMENTO.

gium Marce. Et nomina græca excurrentia in genitiuo in ados, & apud nos vero in adis, vt arcas adis, pal-las adis. ¶ Es breuiabit quod nomina desinentia in es, mittentia genitiuum in itis, vt stipes stipitis, limes itis. miles litis, sospes pitis, vel in etis, vt abies etis, paries etis, aries etis, breuiant crementum. Exciipiuntur pau-ca quæ producunt, quies quietis, & ab eo compositum in quies inquietis, & magnes etis, locuples etis. Et no-mina græca propria virorum, vt rhamnes rhamnetis, dares daretis. Et appellatiua, vt lebes leberis, rapes petis. Superioribus adiungit duo facientia genitiuum in edis, merces edis, hæres edis. ¶ Datq; ceres. q; ex desinentibus in es, vnum tantum mittit in eris, breuiatq; cremen-tum, scilicet Ceres cereris. Pesq; pedis, quod hoc nomen pes cum suis compositis, vt bipes, tripes, breuiatur. Composita quoq; à sedeo sedes, vt obses obsidis, præses præsidis.

*pluris idis portat*

Nomē in is, quod mittit idis, vel eris, breuiabit  
 Illud producit quod mittit in itis, & iris.  
 Et quæ dant in is, de sanguis sanguinis exit.  
 Protrahere nomē in os, quod prodit in oris, & otis,  
 Custos custodis producit. Bos bouis arctat.  
 Et quod componit potis & pote, cōpos & impos  
 Vs breuiabit oris & eris. pecus hæc pecudisq;.  
 De pus exit odis, tibi sit pro teste melampus.  
 Sed palus, & subscus, atq; incus, & quod in utis  
 Tendunt obliquos, Intercus utis, tibi præbet.  
 Telluris, Venerisq; dabunt, tellusq; Venusq;.  
 Si monosyllaba sunt, genitiuus porrigit vris.

¶ Nomen in is, quod nomina desinentia in is, quæ mit-tunt genitiuum in idis, breuiant, vt lapis lapidis, cus-pis pidis, aspis pidis: vel in eris, vt puluis pulueris, vo-mis eris, cinis eris, cucumis eris. producunt vero quæ mit-tunt

## LIBER V.

tunt genitiuum in iris, vt samnis samnitis, quāris itis, lis litis. Et quæ mittunt in iris, vt glis gliris, & quæ in inis, vt delphis delphinis, salamis laminis, cleuis cleuisinis, producent ccrementum: sed excipitur sanguis sanguinis quod breuiat. ¶ Protrahē nomen in os. quod nomina terminata in os, mittentia genitiuum in oris, vel in otis, producent, vt ros roris, flos floris, lepos leporis, monoceros otis, rhinoceros otis, phileros otis eros erotis. Deinde dicit quod hoc nomen custos odis producit ccrementū, & bos bouis breuiat Breuiat præterea duo composita ab hoc nomine potis & potē qđ propemodum significat potens, ea sunt cōpos cōpotis impos impotis. ¶ Vs, breuiabit, quod nomina tertiæ declinationis terminata in us, quæ mittunt genitiuum in oris, vel in eris, breuiant, vt corpus corporis, tēpus oris, stercus oris, vulnus vulneris, sydus eris, vellus eris, Breuiant quoque ex mittentibus genitiuum in udis, hæc pecus pecudis. Et nomina græca composita a pus podos: quod est pes, vt melampus melampodis, decapus decapodis. Tria vero producent: palus udis, subseus subseudis, incus incudis. ¶ Et quod in utis, quæcunque nomina mittentia genitiuum in utis, producent, ea sunt quinque, virtus virtutis, salus salutis, iuuentus iuuentutis, senectus senectutis, seruitus utis. Sed intercus breuiat intercutis. ¶ Telluris venerisq̄, quod duo nomina exeunt in ris, quorum alterum tellus telluris producit: alterum venus veneris breuiat. ¶ Si monosyllaba sunt, quod monosyllaba in us, deficientia quæ mittunt genitiuum in uris producent, vt ins inris, crus cruris, thus ris, pus puris, mus muris, Crus vero & sus breuiat ex regula generali de vocali ante vocalem. Ligus vero sequitur ccrementum alterius terminationis (hoc est) lygur uris, quod & pleraq̄ alia faciunt vt arbor vel arboris, puluer vel puluis neris, delphin vel delphis delphinis.

Ccrementum breuiat s, consona si præit illi.

Porrige seps & plebs diphthōgo, græca notetur

Tenditur

## DE CREMENTO.

Tenditur ex illis pars quædam, pars breuiatur.  
 Sed capitis breuiat caput, & sua compositiua.  
 Quod fit in ax, nomen producit, Fax breuiabit.  
 Ex græcis partim producūt, pars quoq; curtāt:

¶ Crementū breuiat, q̄ nomina desinentia in s, habentia cōsonantē ante s breuiāt, vt hyems hyemis, inops inopis, daps dapis, arabs arabis, scobs scobis, scrobs bis Plæbs vero plēbis, & seps sepsis producunt: quia scribūtur diphthongo. Nam seps sepsis pro serpentis genere quodam, breuiat. ¶ Græca notentur, quod nomina græca partim producunt: nam quæ retinent o micrō breuiant, vt epops epopis, cecrops cecropis, Aethiops Aethiopsis, quæ vero habent omega producunt: vt hydrops hydropis, conops conopis, cyclops is, europs europis. sed de his cum de græca declinatione agatur plura dicemus. Gryphs vero gryphis producit, cinyphs cinyphis breuiat. ¶ Sed capitis, quod hoc nomen caput capitis cum duobis cōpositis sinciput sincipitis, occiput occipitis breuiat. Nam composita à capite quæ desinunt in ps. ex regula superiori dicimus breuiari. vt biceps bicipitis, anceps ancipitis, capriceps capricipitis. ¶ Quod fit in ax, quod nomina in ax, producūt vt audax audacis, contumax contumacis, capax acis. Sed fax facis breuiat. Vergili, primo Aeneid. Iā faces & saxa volant. ¶ Græca vero partim producunt, vt Aiax Aiakis, siphax siphacis, partim breuiant vt abax abacis, dropax dropacis, smilax acis, thorax acis.

Nomē in ex breuiat, Produc in gis duo rex, lex  
 Et vibex, halex, & veruex, Græca notentur.  
 Protrahit ix, icis, nōnulla tamen breuiantur,  
 Sunt ea coxendix, hystrixq; filixq; larixq;  
 Atq; calix & pix, & onyx varicisq; falixq;  
 Bebryx atq; cilix, & eryx, natrix quoq; serpens.  
 His numeres in gis mittentia, nix niuis addes.  
Nomen

## LIBER V.

¶ Nomen in ex. quod nomina desinentia in ex quæ mittunt genitiuum in cis vel gis, breuiant vt pellex pellicis, index indicis. remex remigis, aquilex aquilegis, grex egis. Producent vero vibex vibicis, halex halectis, veruex veruecis. Sed nomina græca partim producent, vt mirmex mirmecis, scolex scolecis, narthex ecis. Partim breuiant, vt alopex pecis. Ex mittentibus genitiuum in gis producent. lex legis & ab eo cõposita exlex exlegis illex illegis, rex regis & ab eo cõposita prorex egis, interrex regis. ¶ Protrahit. q̄ noia desinentia in ix, q̄ mittunt genitiuum in icis producunt, vt coturnix coturnicis, lodix lodicis. breuiant vero q̄ hic ponuntur, coxendix coxendicis, hystrix icis, filix icis, latrix icis, calix icis, pix icis, onyx icis. & ab eo cõpositum sardonix sardonichis, quæ duo habent ch aspiratum. salix salicis, varix varicis, bebrix bebricis, cilix cilicis, eryx ericis, natrix natricis. Lucill. Si natrix natricem impressit. Et mittentia genitiuum in gis, vt nomina propria quorundam principum Gallorũ, vt ambiorix ambiorigis, dumnorix dumnorigis, & oryx orygis. quod per y p̄s̄ on scribitur, & diorix diorigis, q̄d interpretatur fossa, lapyx iapygis. ¶ Nix vero quod solũ in genitino facit in uis, niuis breuiat.

Ox ocis producit vt atrox. Gis breuiabit.

Cappadocis breuiat, & præcox iungitur illi.

Porrige nomẽ in ux, quod mittit in ucis & ugis

Quinque tamen breuiant hæc, nux, crux, dux ducis & trux.

Atq; volux volucis. de coniux coniugis exit.

¶ Ox ocis producit. quod nomina desinentia in ox mittentia genitiuum in ocis producent, vt atrox atrocis, velox velocis. ¶ In gis tamẽ vnum reperio, allobrox allobrogis, quod breuiat. Inuenal. Rufum qui toties Ciceronem allobroga dixit. ¶ Breuiant quoq; cappa-

dox

## DE PRIMIS SYLLABIS.

dox cappadocis, & præcox præcocis. Calphurnius: In  
 sita præcocibus subreperere Persica primis. Porridge, q̄  
 nomina in ux desinencia quæ mittunt genitiuum in u  
 cis & ugis, producunt, vt lux lucis, pollux pollucis,  
 frux frugis. Excipiuntur quinque breuiantia, hæc sci-  
 licet. nux nucis, crux crucis, dux ducis, trux trucis, v̄q̄  
 lux volucis. Coniux quoque (vt omnes docti putant)  
 siue per n coniunx ( vt Priscianus credidit ) breuiat.  
 Quid si regulam inuertas? quandoquidem plura exci-  
 piuntur quàm quæ sub regula continentur.

¶ De cremento plurali.

**A** Plurale. quod a. o. e. in cremento partium ora-  
 tionis quæ per casus declinantur in plurali  
 producantur, vt musæ musarum, domini do-  
 minorum, dies dierum. I. tamen & u. breuiantur vt pa-  
 tres patribus, veru verubus, Aduertendum tamen q̄d  
 cremētum plurale, debet intelligi quoties crescit vna  
 syllaba super genitiuum singularis, quod si non cres-  
 cit super genitiuum, illud ccrementum non pluralis  
 sed singularis erit. Tempestatum sermonum magne-  
 tum nō producant penultimam ratione ccrementi plu-  
 ralis. sed ratione singularis, quod vero diximus de  
 genitiuo singulari: de regulari intelligendum est: nam  
 irregulares proportionem regularium sequuntur, vt  
 ab eo quod est vnus vna vnum, genitiuus irregularis  
 est vnus: regularis vni vnæ vni: quare in plurali vno-  
 rum vnarium ccrementum habet. non super genitiuum  
 irregularem, sed super regularem. Eodem modo de  
 similibus.

¶ De cremen-tis, verborum. Cap. III.

**P**ersonam primi præsentis verba secundā  
 Si numero vincūt, dicas ccrementa tenere.  
 Ccrementum uerbi primum dic, quod positurā  
 Acquat: bis superans dicatur habere secundum.  
 Quod si ter vincit, tria tunc ccrementa notabis.

○

Nam



Nam finem verbi specialis regula signat.  
 A crescens verbum producere debet vbiq;  
 Ex do, fit breuis a. cum primæ compositiuis.

**D**E clementis verborum. Post formationem tēporum & personarum nihil est in verbo magis necessarium quàm crescentium syllabarum quantitas, vnde accentus pendet quare visum est in hoc loco de clementis verborum regulas tradere. Sed quia hæc pars satis commode est ab Alexandro pertractata, nisi quatenus in subiunctiui præterito & futuro non nihil aberrauit quatuordecim versus illius mutuati sumus, cætera ex nostro adiecimus.

¶ Personam primi. Quid sit verbi clementum in primis ostendit dicens, quod cum ratio declinandi verbum exigat, vt per vnam aut duas aut tres syllabas crescat supra verbi primam positionem, tunc dicitur habere clementum, quod si vna syllaba crescit, syllaba quæ æquiparat vltimam secundæ personæ erit in primo clemento, nam vltima semper sequitur regulas quæ de vltimis syllabis traditæ sunt. Secundum vero clementum erit, cum duæ syllabæ superant positionem. Tertium præterea cum tres syllabæ superant eandem positionem. Positio autem illa dicitur, vnde nomen siue verbum incipit declinari. Sed hic secundam personam præsentis indicatiui modifacimus positionem, quia prima persona in verbis secundæ & tertię & quartæ coniugationis in o purum desinens, vna syllaba vincit secundam personam, vt doceo doces, cupio cupis, audio audis. ¶ A crescens, quod a in omnibus tribus clementis & in omnibus coniugationum omnium temporibus semper producitur, vt amamus amabamus amaueramus. Excipitur primum clementum huius verbi do das, & ab eo compositum quod breuiatur, vt damus dabam dabo dato darem dare. Venundamus venundabam venundabo venundarem venundare. & in voce passiuæ eodem modo, in alijs  
 cremen

DE CREMENTO.

crementis regulam sequitur generalem.

E. nisi cum subit r. debes producere semper.

Cū subit r. curtā dāt plurima, plurima longam:

Omne lego præsens breuiat, quartiq; secundū.

Plusq; perfectum per quamlibet est breuiandū.

Sēper ero vel erim breuiabis, quæq; sequitur.

Curta sit in prima beris & bere siue secunda.

Longum passiuo reris vel rere notato.

¶ E. nisi cum subit. quod e. in clementis verborum nisi sequatur r. litera semper producit, vt amemus, docemus, legemus, audiemus, quod si vocalis sequitur ex regula generali, breuiatur: vt doceam doceamus. si vero sequitur r. numerosior est ratio. Nam aliquando e. breuiatur, aliquando producit. ¶ Omne lego præsens, dicit ergo quod lego, id est, verbum tertie coniugationis, per quam hoc verbum lego legis dec. i. natur. si post e sequitur r. breuiat omne præsens tam in voce actiua quam in voce passiu. ¶ Breuiat quoque secundum quarti. i. præteritum imperfectum quod est tempus. secundum quarti. i. subiunctiui qui est in ordine modorum quartus, vt vtinam legerem, cum legerem, legere. In voce passiu legeris vel legere, in præseni indicatiui, legere legatur in præseni imperatiui. vtinam legerer in præseni optatiui. cum legerer in præterito imperfecto subiunctiui.

¶ Præquam perfectum quoque in omni coniugatione breuiat e. sequenti r. Vt amaueam, docueam, legeram audiueram. ¶ Semper ero, quod tēpora in ero, vel erim, desinentia (hoc est futurum Indicatiui & subiunctiui & præteritum perfectum optatiui & subiunctiui). Quæq; sequuntur. (i. sequētes personæ cū futuro imperatiui) breuiant illud e. in penultima. Vt ama uero, uerim, ama ueris, ama uerit. ¶ Curta sit. q. futurū

LIBER V.

primæ & secundæ coniugationis vocis passiuæ breuiat e ante r. Vt amabor amaberis vel amabere : docebor, doceberis, vel docebere. ¶ Longum passiuo. quod in voce passiuâ reris, vel rere, producit e ante r, quod sit in præsentî optatiui & in præterito imperfecto subiunctiui, vt vtinam amarer amareris vel amarerere, Cum amarer amareris vel amarerere.

**E** uerbum crescens alibi producit ubiq;.

**I.** tibi produciunt quartæ crescentia prima.

Primi præterito reperitur imus breuiari.

Rimus uel ritis, uerbum producit ubiq;.

Sed primi præsens breuiat ri, præteritumq;.

Atq; erimus eritis ab eo semper breuiabunt.

Inq; uelim produc cimenta priora uel in sim.

**I.** breuias alijs, si non u, consona subit.

**O.** crescens semper producitur. **V.** breuiatur.

¶ **E.** uerbum crescens, quod in omnibus alijs locis ab ijs qui supra notati sunt e in cremento semper producit, cum uidelicet sequitur r, quod si non sequitur, superius iam regula tradita est, vt in præsentî optatiui & præterito imperfecto subiunctiui vocis actiuæ, vt vtinam docerem. Cum docerem. Et in præterito perfecto indicatiui, vt Amauerunt vel amauiere. Docuerunt vel docuere. Legerunt vel legere. Audierunt vel audiere. & alijs in locis qui superius notati non sunt. ¶ **I.** tibi produ. quod i. in primo cremento uerborum quartæ coniugationis producit, vt audimus, auditis, audiuit, audire, audirent. ¶ Primi præterito hæc regula partim præceptum est per se, partim exceptio est. Est in quâ exceptio quod in uerbis quartæ coniugationis quorum præteritum non superat positionem nisi in una syllaba in prima persona plurali. cum, debuerit produci i, breuiat, vt uincio uincis uinxi

## DE CREMENTO.

vinxi vinximus. Sancio sancis, sanxi, sanximus. Sentio sentis, sensi, sentimus. Venio venis, veni, venimus. Partim est regula per se: quoniam in omnibus coniugationibus in præterito perfecto Indicatiui illud *i*. breuiatur, vt Amauimus, Docuimus, Legimus, Audiuimus. ¶ *Rimus* vel *ritis*, quod vbiueunq; in coniugatione reperitur rimus, & ritus, illud *ri* debet produci, hoc est, in secundo futuro indicatiui & futuro imperatiui, & in præterito optatiui & subiunctiui: & futuro etiam eiusdem modi quibus in locis eadem est vox idemque accentus. Deinde dicit quod in præterito aut præterito perfecto indicatiui non produci-  
tur rimus & ritus, sed sequitur regulam generalem: vt quærimus quæritis. Quod de verbis tertiæ coniugationis intelligendum est nam de verbis quartæ iam tradita est regula quod produciuntur in præterito: vt esurimus, parturimus. In præterito breuiantur, vt comperimus reperimus. ¶ Breuiant quoq; erimus, eritis, in futuro huius verbi Sum, es. Quod vero illud *i*, produci debeat: omnes grammatici qui modo dixi sunt hoc nomine testantur. Probus de præterito perfecto subiunctiui, quem ipse adiunctiuam appellat, in omnibus, inquit, quatuor coniugationum modis prima secundaque plurales penultimam semper produciunt. De futuro quoque subiungitur plurali numero prima & secunda persona omnium coniugationum penultimam longam habent, & subdit exempla, vt clamauerimus clamaueritis, mouerimus moueritis, audierimus audieritis, dixerimus dixeritis. Idem quoque vbi de breuib; pro longis, & longis pro breuib; agit, sic scribit Vergilius cum dicit, egerimus nostri, *ri*, inquit syllabam longam corripuit, cui assentitur Seruius locum illum exponens, *ri* inquit syllabam præter naturam corripuit Vergil. metri gratia, quia aliter non poterat stare versus. Eadē quoq; ratio cogit Ouid. syllabam longam breuiare cum dicit in. ij. metamor. Nuper honoratas summo mea vulnere cœlo Videritis stellas. Et præter auctores quos in cōmen-

## LIBER V.

tationibus nostris atulimus. Prudentius in psychocho-  
 nate prolog. Si quid trecenti bis nauenis additis pos-  
 sint. figura nouerimus mystica. quod est trimetrum  
 iambicum. habens necessario in quarto loco iambum  
 & consequenter tri. longam. Catullus quoque in car.  
 phalencico. & cum millia multa fecerimus. ¶ Inq̄ ve-  
 lim. quod velim & sim: in futuro opratiui & in præ-  
 senti subiunctiui producunt clementum. vt vrinam  
 velimus velitis. vrinam simus sitis. Cum simus sitis.

¶ I breuius. quod in alijs locis ab ijs quæ superius no-  
 tati sunt i semper est breuis. vt legimus itis legite. le-  
 gitote legimini. amamini docemini audimini.

Quod vero subdit si non u consona subfit: iam  
 dictum est de præteriti perfecti clemento

in quarta coniugatione quod produci-  
 tur vt audiui stabiliui dormiui. nunc

vero de alijs coniugationibus idē

dicendum præcipimus. vt cu

pio cupiui, sapio sapiui,

quæro quæsiui, cieo ci

ui. ¶ O crescens. q̄ q̄

in clementis ver

borū semper

producitur. vt amato

te docetote. V vero

semp breuiatur.

vt volumus

possumus.

### ¶ DE PRIMIS SYLLABIS.

#### Caput III.

**A** Ante b. breuis est. vt strabo strabonis, trabes  
 is, labo as. Producunt vero Abel, crabro onis,  
 flabrum i, flabelum i, fabula æ, labicum i, la-  
 bor eris, labes is, nabis is, pabulum i, fabura æ, fabus i,  
 tabraca æ, tabes is, tabi rabo. Et verbalia in abilis. vt  
 fabilis nabilis. Breuiant habilis stabilis.

A ante c. breuis est. vt academia æ achantis idis a-  
 cer æris pro arbore: macer a um. Producunt acer acris  
 acis



## DE PRIMIS SYLLABIS.

acis acis flu. brachium ij brachę arum cacus i cacabo as  
 cacabus i, dacus i, facundus a um gracito as machina g  
 macero as pacuius ij pachinnus i placo as racipolis is  
 trachin trachinis, trache traches, vacia vaciæ vacie-  
 nus i, vacinium ij vacillo as.

A ante d breuis est, vt vadum vadi gradior eris. pro  
 ducunt vero adā caduceus i clades is, fadus i, gades iū,  
 ladon ladonis rado radis radix radicis spadix ipadicis  
 suadeo suades trado tradis traduco is vado dis gradi-  
 uus indifferentem habet.

A ante f. breuis est. vt vafer a um. Afer vero produ,

A ante g. breuis est. vt ago agis. plagæ plagai um  
 pro reti. & pro regione plaga plage. producunt vero  
 agea ageæ. agalma atis. bragada æ. fagus fagi. flagito  
 flagitas. flagitium ij. flagrum i. fragor fragaris: vnde  
 sufragor & refragor. lagus lagi. magalia ium. mago  
 onis pagus i, pagina æ. plagi æ, pro vulnere. fagus i,  
 Saga ç, strages is. stragulū i, tragula ç, uagio is, uaginæ

A ante l, breuis est. malus a um. alo is. producunt ala ç.  
 ales alitis. alea aleæ, alecto alectus, alia alia flu balena  
 næ balista stç, bulo as, calo onis, caligo caligas, halo as,  
 halex halecis, malus arbor: malum pomū, mala malæ  
 pro mandibula. palatiū palatij, palus i, palor palaris,  
 pala æ, qualus i, qualis quale, talus i, talis tale, palatum  
 mediā habet indifferentem.

A ante m, in dissyllabis producitur. vt fama famæ,  
 Breuiant vero amo atnas, chlamys dis, fames famis,  
 famos mi, tamen. Et polysyllaba vt mamillæ æ amita  
 amita, præterquam amentum i, amineum i, damctas  
 damctæ, lamina lamina, lamentor aris, mamercus i,  
 mamertinus i, mamura ç & mamurius ij, & bamura ç.  
 hamus mi. indifferentem habet.

A ante n, in dissyllabis producitur, vt sanus a um,  
 planus a um. Breuiant vero anas anatis, anus us, cano  
 is, canis canis, canis fluuius, manus us, planus i pro ne-  
 bulone. Et ab ana præpositione græca composita: vt  
 analecta orū, anaglyphū i, Et polysyllaba, vt animus  
 mi, anubis idis. præterq̄ anulus anuli canabis canabis.

## LIBER V.

danubius ij. ganco neonis quæ producunt.

A ante p. brevis est. vt apis is. napus i. rapidus a. um  
 Producent vero apis bos. apulus a. um. apulia æ. apce-  
 ninus i. Apidanus ni. Africa æ. crapula æ. capetus i.  
 pape interiectio. papilio nis. papo as. rapum i. sapo nis.  
 sapis is fluuius. superda æ. vapulo as.

A ante q. brevis est. vt aqua æ. laqueus i.

A ante r. brevis est. vt arista æ. harspex icis. hara æ  
 producent vero ara ç. pro altari. arados. areo es. area  
 æ. barium ij. baris idis. caria æ. carica carica. carex ca-  
 ricis. glareæ æ. larius ij. lariffa æ. nares ium. naricia æ.  
 pareo es. Et nomina adiectiua in arus a. um. vt clarus  
 clara clarum. varus rarum.

A ante s. brevis est. vt asia æ. casa æ. producent Asi-  
 us sia um. asis idis. atopus i. basium ij. caseus i. nasus i.  
 naso onis. phasis idis. pasithea. sason onis.

A ante t. brevis est: vt quater & quaterni. nato as.  
 Producent vero arys yos. atagena æ. atella æ. atina æ.  
 ater a. um. canilius li. chratis idis. rates is. crater ris.  
 clatrus i. frater tris fatum fati. gratus grata gratum.  
 latus lata latum. laterna æ. latona næ. mater tris. mate-  
 ria æ. maturus a. um. matutinus a. um. pratum i. patagia  
 æ fluuius. saturnus i. scatinia lex. vates is. vaticanus i.

A. ante u. cõsonantem brevis est. vt auis. producent  
 vero auis a. um. claua æ. clauus i. clavis is. David no-  
 men proprium. dauus. flauus, a. um, gnauus, a. um, ga-  
 uisus, a. um, lauinium ij, mauors ortis, mauis à malo,  
 nauis is. pauo onis, prauus, a. um, rauus, a. um, suauis  
 suauæ, suauium suauij.

**E** Ante b. brevis est. vt trebia æ. nebris idis. pro-  
 ducunt vero creber a. um, crebenus i flu. Debeo  
 es, debilis e, flebilis e, gleba glebæ. hebe es. hebe  
 sus hebesi, rhebus thebi, sebhethi sebhethi, flu. crebula æ,  
 thebç thebarum. thebe thebes. Imo omnia græca quæ  
 per eta scribuntur.

E. ante c. brevis est. vt secus, pecus. producent vero  
 secius pro minus, securus a. um. Græca vero quæ per  
 eta scribuntur. omnia producent vt echo us, lecytos  
 ti theca

## DE PRIMIS SYLLAB.

ri, theca cæ, & ab eo composita, vt dactilotheca dacti-  
lothea, pinacotheca pinacotheca.

E. ante d breuis est, vt sedeo es. Produciuntur vero  
cedo is, cessi. Pedit is pepedi, sedulus a, um, sedes is,  
seditio onis. Et græca quæ per era scribuntur, vt me-  
dæa æ, medea æ, rheda rhedæ.

E. ante f. breuis est, vt nefas, nefarius, nefandus.

E. ante g. breuis est, vt lego is, rego regis, tego te-  
gis. Produciunt vero lego legas, pegasus pegasi, regu-  
la regulæ, regulus i, regina næ, rhegium rhegij, tegula  
tegulæ.

E. ante l. in dissyllabis longa est, vt chela chelæ. Bre-  
uiant vero chelys ys, celer is, gela gelæ, gelu indecli-  
nabile, lelex lelegis, helix icis. Et à meli. hoc est melle,  
& à melan, quod est nigrum, composita & deriuata,  
vt melilothus i, Melanthium ij, scelus eris, telon onis,  
velim is, velut veluti, & nomina polysyllaba, vt me-  
lior. Produciunt vero belua æ, delibutus a, um, deliciae  
arum, delubrum i, elisium ij, electrum i, helios i, sol, &  
ab eo composita. Peligni pelignorum, pelusium ij, pe-  
lium pelij, pelias adis, spelunca æ, spelcum i, telephus  
telephi, pelamis idis, telegonus i, telemachus i, tele-  
nus i, velabrum i.

E. ante m. breuis est, vt emo is. Produciunt vero cre-  
mentum i, demum aduerbium, demo is, & à demos  
composita, vt Demosthenes, emathia æ, emolumen-  
tum i, eminus aduerbiū femen inis. Et ab hemis (quod  
est semis) composita, vt hemina heminae, hemus mi,  
hemyceclus hemycecli, nemo neminis, phemone phe-  
mones, remus remi, schema schematis. Et à semis cõ-  
posita, vt semita tæ, temo onis.

E. ante n. longa est, vt vena venæ, veneo venis.  
Breuiant vero bene aduerbium, beuignus a, um, enyo  
us, enipus enipi. Enim coniunctio, fenestra fenestæ,  
& à Genes, quod interpretatur genus, & à geno genis  
deriuata & composita, vt Genesis Geneleos, genus ge-  
neris, menalippus menalippi, menapi menaporum,  
Menander Menandri, phrenitis phrenitis. Penes præ-

## LIBER V.

positio, penitus aduerbiū, penetro penetras, penates penatium, penus penus vel penoris, senex senis, Seneca Senecæ. Senon Senonis, sthenelus stheneli, teneo tenes, tenor tenoris, tenuis tenue, tenus præpositio, venafrum venafri, venilia veuilia, & venetus a um, venia venia. Venus Veneris, venenū veneni, venio venis, xenium xenij.

E, ante p. breuis est, vt lepus leporis, nepa nepæ. Producent vero cepa cepæ, cephus cephisi, epirus epiri, repo repis, sepes sepis, sepia sepia.

E, ante q. breuis est. vt equus, nequeo nequis, neque producent vero nequam, nequitia æ, nequaquam, nequis, sequana sequanæ fluuius.

E, ante r. breuis est. vt serum feri, herus heri. producent vero beryllus berylli, beritus beriti, cerusa cerusæ cerinthie cerinthies, cera ceræ, clerus cleri, crydanus crydani, eretum ereti, eruca erucæ, feralis ferale, feronia feronia, feria feriarum. geryones geryonis, heres hæredis, heros herois, Herodes Herodis, meriones merionis, neritos neriti, neris neris, nerio nerienis, pera peræ, pero peronis, serus a, um, seres serium, spero speras, seria seria, seria seriorum, theron theronis, thera theræ, thereus therei, verus vera verum, veratrum veratri, verona veronæ. Et axeros, hoc est, siccus composita, vt xerampelinus, xerolophus.

E, ante s. longa est, vt theseus thesei. Breuiant vero sesostris is, thetis, vesulus vesuli, & veseus veseui, vesuius vesuij.

E, ante t. producitur, vt meta metæ, tethys tetlyos. Breuiant vero etiam cōiunctio, fretum freti, getes getæ, hetruria hetruriæ, meto metis, metuo metuis, metallum metalli, metaurus metauri, metopon metopu. Et à metros siue meta composita & deriuata, vt metreta metreta, metaphora metaphoræ, retro aduerbium tetricus a, um, thietis thetidis, & à terra composita, vt tetrarcha, veto as, vetus eris, veterinus veterini. Et habentia p. ante e. vt petra petræ, peto petis.

E, ante u. consonantē longa est, vt lauus a, um, leuis & leus.

## DE PRIMIS SYLLAB.

& leue proterius & planus: Breuiant vero breuis breue. leuis leue. pro non grauis, seuerus seuera seuerum.

**I** Ante b. breuis est vt liber libri. producant vero fibula fibulæ. Inbernus a um. ibis ibid s, liber liberi pro Baccho & homine libertatem habente, liberthru oppi. libo libas libum libi, scribo is. scibilis le. sibilo sibilas. tibia tibiæ. tibur tiburis, tribulum tribuli. Nam tribulus breuiat, viburnum viburni, vibex icis.

I. ante c. breuis est. vt dicax d caxis, ficulus a um. producant vero dico is. ficus i. icarus i. icon onis, ico icis. lica æ. licium ij. mica æ. Nice es. i. victoria, phycus untis oppi. pica picæ, picus i, picenum i, sica æ. sicut cõiunctio. Sicilia æ. sicheus sichei. sicania æ. spica æ, spiculum i, ticius i. trica tricæ, triceni tricenæ tricena, viceni vicenæ vicena, vicus vicî, vicinus vicina vicinum

I. ante d. longa est, vt idem in genere masculino. Breuiant vero cidon onis, didymus i. didyme es, fidelia, fidis chorda, fides ei. fidenæ arum. gnydos. hydalpes is. hydrus i. Idem in genere neutro, idoneus a um, idume es, Ideo cõiunctio, Quidẽ cõiunctio, video vides. vidua viduæ.

I. ante f. nõ reperitur. nisi in cõpositis, & breuiatur.

I. ante g. breuis est, ut figulus i, producant vero: bigearum, figo figis, fligo fligis, frigus frigoris, frigilla æ, gyges gygæ, pyga pygæ, pigardus pigardi, strigilis strigilis, striga gæ, stigo gas, trygæ garum, triginta, viginti, vigesit aduerbium.

I. ante l. longa est, Ilyssus fla. hyle es, pileus i, pila æ, pro colūna, Breuiant vero cilium ij, cilydrus i, cilyndrus i, cilix cis, filix cis, hilaris e, ilaria æ, llerda æ, lilia æ, lylibeum i, miliu ij, milo onis, pila æ, qua ludimus, pilus i, pylos i, phyllos i. phylera æ, phylene es, siler is, silex icis, sila silæ, fileo es, siligo inis, siliqua siliquæ, silurus siluri, stilus stili, rilia rilia.

I. ante m. in dissyllabis longa est, vt limus limi. Breuiant



## LIBER V.

uiant vero: *simus mi*, *hymen enis*. *mimasantis*. *nimis aduerbium*, *simon onis*. *simul aduerbium*. *thymus thymi*. *poly syllaba quoque vt similis e*. *producunt vero simius simij*. *simia simiæ*. *similus simili*. *hymera eræ*. *chymerinos chymerini*. *timeus timei*. *dimidium dij*.

I ante n longa est, vt *linum i*. *sinum i*. pro vase *Breuiant vero cynapes is flu*. *cynedus i*. *ciqis eris*. *cyniras æ*. *cynicus a*. *um*. & à *cynos composita*. *inula inulæ*. *inuus i*: *Linus i* nomen p. *lino is*. *minæ arum*. *Minerua æ*. *minium ij*. *minius ij flu*. *minio onis*. *minyæ pop*. *mina æ*. *minister i*. *minæ arum*. *minor aris*. *verbum*. *minor oris*. *nomen*. *minuo is*. *miniscor*. *ninus i*. *sinapis sine præpositio* *sinister a*. *um*. *sino is*. *sinon siuonis*. *sinopis sinopis*. *sinus sinus*. *sinuessa sinuessa*. *tinea tineæ*. Et à *sin præpositione græca composita*. vt *synagoga græ*. *synhedra æ*.

I ante p breuis est, vt *stipes is*. *typhæus ei*. *scyphus i*. *producunt vero gryphes*. *gryphus i*. *iphitus i*. *pipo as* *pipilo as*. *riphæi riphæorum*. *ripa ripæ*. *Scipio Scipionis*. *siphon siphonis*. *stipes stipitis*. *stipo stipas*. *scrypulus scrypuli*. *sipharium sipharij*. *sipus sipuntis*. *typhis is*. *typhon onis*. *vipera vipera*.

I ante q breuis est, vt *liqueo es*. *liquo as*. *siquidem*. *Producunt vero liquetium tij*. *liquor eris*. *liquor oris*. *liquidus a um*. *mediam habet indifferentem*.

I ante r longa est, vt *lira* pro *sulco*. & à *chir* (quod est *manus*) *deducta*. *partim breuiant*. vt *chiragra græ*. *partim producunt*. vt *chirurgus gi*. *chironomon ontis*. *Breuiant vero dirimo is*. *hyrie es*. *hirudo dinis*. *hirundo hirundinis*. *lyra lyra*. *miron mironis*. *nomen proprium viri myron* (quod interpretatur *vnguentum*) *nireus i*. & à *pyr* (quod est *ignis*) *deriuata partim breuiant*. vt *pyra*. *pyracmon monis*. *pyretum ti*. *pyropus pyropi*. *partim producunt*. vt *pyramus pyri*. *pyramis pyramidis*. *pyrene pyrenes*. *pyrous roi*. *pirus piri*. *pirum piri*. *quirinus quirini*. *firus fira firum* *firaculæ farum*. *tyrus tyri*. *tyrannus tyranni*. *viridis viride*. *virco vires*. *viriatatus viriati*. *virosus à viro*.

I ante

## DE PRIMIS SYLLABIS.

I ante s longa est, vt nisus nisi. Breuiant vero bison  
bifontis, cissum cissi, disertus diserti, isara isaræ, isau  
rus isauri, miser misera miserum, nisi coniunctio,  
prisana prisanae, prisus prisus. siser siseris, sisimbri-  
um sisimbrii.

I ante t breuis est, vt italus itala italum, mitra mi-  
træ, citrum citri, vitrum vitri, britannia britanniae,  
vitium vitii, litera literæ. Produciunt vero birhinia  
birhiniae, briton britonis, clitella clitellæ, clitumnus  
i, clitorius ij, cliton clitonis, dito ditas, ditefce is, friti  
nio fritinis, Italia æ. Itlyreus a, um, mitis e, mitylus  
mityli, nitor eris, pythagoras pythagoræ, pitheus i,  
pythion onis, pythius pythia, um, pyteleon ontis, py-  
tisma atis, pituita pituitæ, indifferentem habet Riuus  
us, rito as, scitor scitaris, sithon onis, triicum triici,  
triton tritonis, Tityrus tityri, tirã titanis, titillo titil  
las, vita vitæ, vitis vitis, vito vitas, vitupero vitupe  
ras, xithum xithi.

I. ante u, cōsonantē lōga est, vt liuor oris, viuo viuis.

**O** Ante b, longa est, vt gobius gobij, robur oris.  
Breuiant vero globus g'obi, obesus a, um, obe  
lus i, obolus i, obex icis, probus a, um, probo  
as, probrum i, soboles is.

O. ante c, breuis est, vt proceres um, voco as. Produ  
cunt vero cocytus i, croca'us i, focale is, locusta stæ,  
oceanus i, ocyor, & ocyus. phoca cæ, phocus ci, phocis  
dis, procerus a, um, pocu'um poculi, vocalis vocale.

O ante d, longa est, vt dodius dij, lodix lodicis, ro  
do rodis. Breuiant vero fodio fodis, modus modi, mo  
do aduerbium, oder odoris, odium ij, & à pus podos  
(hoc est pes) & à rodos (quod est rosa) composita &  
deriuata, vt podalyrius ij, rhododaphne es, rhodus i,  
rhodope es, rhodanus i, sodalis is.

O, ante f, breuis est, vt ofe'la. producit vero tofus fi.

O. ante g, longa est, vt cogo is. Breuiant vero logos,  
& ab eo cōposita & deriuata, vt theolegus, regus gi,  
rogo rogas, roge roga.

O, ante l, breuis est, vt colō membrum, colo is, coloca  
sia æ.

## LIBER V.

ſta æ. Producent vero boletus i, bola æ, colum coli, colyphium ij, dolium ij, dolon onis, moles is, n. o. lior iris, moly yos, nola nolæ, nolo verbum, olearus i, ole nos ni, oim aduerbiu: n, prolixus a um, proles is, poly pusi, poly damasantis, ſolus a um, ſol'or aris, ſolers ſolertis, ſolemn s e, ſpoletium ij, tinolus li.

O ante m, longa eſt, vt doma aris, vomer vel vomis eris, como is, comeſſor aris. Breuiant vero bromius bromij, coma mæ, comes comitis, chromes chromis, comedo comedis, domuius domini, domus domus, domo domas, homo hominis, Homerus homeri, nomas dis, amatum amaſi, glomero glomeras, onitro o mittis, ſtomachus ſtomachi, Tomos, & ab eo compoſita & deriuata, vt aromus atomi, prototomus prototomi, tomacula, vomo vomis.

O ante n breuis eſt. vt bonus nã num, moneo nes. Producent conor conaris, cone es, conopeum i, conus ni, donum i, donec, monychus menychi, nonus a um, nonæ nonarum, pronus a um, pono is, pone præpoſitio & aduerbium, zona æ, & gonia quod interpretatur angulus, & phonæ quod eſt vox. & ab eis compoſita & deriuata, vt trigonus a um, phonaſcus phonaſci, de quibus in medijs ſyllabis dicemus.

O ante p breuis eſt, vt populus i, opis opem ab e pe. Et in plurali opes, ſopor oris. Producent vero Copã copæ, nomen proprium fœminæ, copia æ, copula læ, copo onis, cophos i, hoc eſt, ſurdus. dropax acis, opis is nympha: opilio oris, popu iſ li, pro arbore, p opednium ni, propago pro vite, propitio as, indifferentem habet, pſophis idis, ſcopæ arum, ſopio is, ſelopus i.

O ante q breuis eſt, vt loquor eris, coquo is. Quinq;

O ante r breuis eſt, vt chorus i, cora æ, oppidum Italia. Producent vero corus i, pro vento argeſte, corant præpoſitio & aduerbium, corycus i, coritus i, coraliũ ij, chloreus i, doris idis, doricus ca cum, dorion ij, doron (hoc eſt donum ſiue palmus) hora horæ, morus i, morio onis. Noricum ci, ora oræ. oro oras. orythia thia, orion onis. oricos oppidum. prora æ, ſora ſoræ. ſoraçts

## DE PRIMIS SYLLABIS.

foracte is, forex icis, thorax thoracis. Et habentia lan-  
te o, vt lorum lori, gloria gloriæ, ploro as.

O ante s longa est, vt Moses is, prosa sæ. Breuiant  
vero cofæ cofarum, cosyra cosyra. dosis hoc est datio.  
mosa sæ, osyris idis, profecucha æ, prosymna næ, posui  
a pono ponis, rosa rosæ.

O ante r breuis est, vt Notus ventus, nothus norhi  
spurius, nota notæ, & noto notas, botrus borri. Pro-  
ducunt vero clotho clothus, lothos lothi, poro potas.  
proteus rei, sorades soradis, totus tota totû. Et a pro-  
tos, quod interpretatur primus, composita, vt proto-  
genes prorogenis.

O ante n consonantem breuis est, vt ouis, nouus no-  
ua nouum. Producit vero ouum oui.

**V**Ante b breuis est, vt ruber rubra rubrum. Pro-  
ducunt vero bubulcus ci, bubo onis, bubalus  
bubali, bubastus sti, iubilus li, lubricus ca cum,  
nubes bis, nubo bis, pubes is, rubigo inis, suber eris, su-  
bula subulæ, tuber eris, vber eris.

V ante c longa est, vt duco ducis, Luceo ces. Breui-  
ant vero cucufas cucufatis, cuculus li, cuculo as, cucul-  
lus li, cucuma mæ, cucumis eris, cucurbita tæ, cucurio  
ducenti tæ ta, duceni næ na, Incundus a um, lucerna æ,  
lucrum i, lucumo onis, lucellum i, sucerda dæ.

V ante d longa est, vt rudo rudis ludo ludis. Breui-  
ant vero pudor pudoris, pudet pudebat, rudis e rudis  
dis virga Prætoris, rudens rudentis, sudes is, studium  
dij, tuder eris, tuders erris.

V ante f longa est, vt vfens vfentis, bufo bufonis.  
Breuiant vero rufæ rufarum.

V ante g longa est, vt iugerû i, nugæ arû. Breuiant ve  
fugio is, fuga æ, iugum i, iugis e, pugil lis, tuguriû rij.

V ante l breuis est, vt fulix icis. Producent vero cu-  
lus li, dulichium ij, fuligo inis, Iulius ij, mulus li, mula  
læ, pulegium gj, pul'ex icis, thule es, uligo inis.

V ante m longa est, vt humor humoris, humidus da-  
dum, humanus na num, Iumentum ti. Breuiant vero  
cumulus i, crumena æ, humus i, humerus i, numa ç, nu-  
mantia

## LIBER V.

mantia æ. numanus i. nomen proprium viri numerus  
 j. numisma atis. rumex rumicis. tumeo tumes. tumulus  
 j. tumultus us.

V, ante n. longa est: vt munus muneris. Breuiant  
 vero cuneus cunei. cuniculus cuniculi. tunica tunicæ.

V, ante p. breuis est: vt lupus. producant vero cupa  
 cupæ. Iupiter nuper aduerbium, pupus pupi, pupa pu  
 pæ. pupulla pupullæ. pupillus pupilli. rupes is. scrupus  
 i suparus i. stupa stupæ.

V, ante r. longa est: vt cura curæ. curio curionis. Breui  
 ant vero curius curij. cures curium. oppidum, curetes  
 populi, curulis curule. durius ij. fluuius, furio is, muria  
 æ. nurus us. (purus ij).

V, ante s. longa est: vt pufio onis. Breuiant vero fru  
 sino onis. pusillus a, um. susanna æ. susurrus susurri.

V, ante t. longa est: vt vtor vteris. breuiant vero cutis  
 cutis. Frutex fruticis. futuo futuis. futurus a, um. lutum  
 luti. muina mutinæ. mutilus a, um, muto mutonis.  
 nutrio is. puteus putei. putris putre. puto as, ruteni po  
 puli. rutilus a. um. rutuli populi. rutrum rutri, rutuba  
 rutubæ fluuius. rutupe oppidum. vter a, um, vter is.  
 vterus ri. vtica vtice, vti coniunctio.

V, purum ante v. consonantem longum est: vt vua.  
 Quod si consonans præcedat, breuiatur: vt fluuius ij.  
 Iuuo as. pluuia æ.

### ¶ De medijs Syllabis. Cap. V.

**A**nte b. in medijs syllabis breuis est, vt Cala  
 bria calabriæ. syllaba syllabæ. Producant vero  
 atabulus atabulis & verbalia in abilis desinētia  
 vt amabilis. Et in abundus a, um. vt populabundus a.  
 um. Et in abulum. incunabulum incunabili, venabulū  
 tintinabulum, & in abrum: vt velabrum velabri.

A, ante c. breuis est: alacer cris. producant vero be  
 nacus benaci, cloaca æ. Iracundus a. um. meracus a.  
 um. mustacium mustacij. nouacula nouaculæ. opacus  
 opaca, opacum: pastinaca pastinacæ. pistacium pistacij.  
 portulaca portulacæ. retinaculum retinaculi, sarracū  
 sarraci. Et nomina deriuatiua in acrum, vt lauaclirū.

simula



## DE MEDIIS SYLLABIS.

simulachrum, ambulachrum. vel in aculum, vt gubernaculum gubernaculi. Et in aceus a, um, vel acius a, um, vt ordeacius a, um, gallinaceus a, um, accinacius a, um, vinacium.

A, ante d, breuis est: vt bragada flu. producit vero cicada.

A, ante g, longa est, vt imago inis, indago as. vel indago inis, Breuiant vero aruiragus i, asparagus i, chiragra æ, lalage es, mandragora æ, massigeta æ, paragia æ, pelagus i, podagra æ, vertagus i. Et composita ab agoraza (quod est emo is) vt pythagoras Anaxagoras. Et ab ago (quod est duco) vt pedagogus, Synagogæ, paragoge es, Et à frango is, vt naufragus. Et à vagus a, um, vt noctiuagus.

A, ante l, breuis est: vt Mænalus mænali, italus itali, producant vero canalis, omphale, sardanapalus, stimpalus, sandalium i. Et in alis desinentia, deriuata à nominibus vel verbis, vt animalis, voca'is, venalis.

A, ante m, breuis est: vt calamus calami, thalamus i. producant vero dictamum dictami, Et verbalia in amen, siue amentum finita, vt solamen, iuuamen, iuuamentum. Et hebreæ ad declinationē nostram reducta: vt adam adamus i, abramus i.

A, ante n, longa est: vt inanis. Breuiant vero apidanus apidani, balanus balani, clibanus clibani, drepanū drepani, dardanus i, eridanus eridani, Galbanum ni. hypanis hypanis, hippomanes. laganū lagani, libanus i, raphanus i, rhodanus rhodani. Et nomina græca desinentia in phanus vel phanes. vt Stephanus Stephani, epiphanes is, aristophanes is. sicanus a, um, &, cyanē indifferentem habent.

A, ante p, breuis est: vt alapa æ, terapne es. producant vero anapis is, mesapus i. priapus i, serapis is, sinapis sinapis.

A, ante q, breuis est, vt tanquil. Producant vero nequaquam, & vtraque in ablatiuo, & vsquequaque aduerbium.

A, ante r, breuis est, vt cithara, ræ: barbarus a um,

P      Produ

LIBER V.

Producunt vero amaracus i, amarus a, um, auarus a um, cochlear is, denarius ij, tiaras æ. Et denominatiua in aris vel arius a um, vt auxiliaris e, antiquarius a um, sextarius ij, Sacrarium ij.

A ante s, breuis est, vt petaso onis, carbasus i. Producunt vero agaso onis, amasis is, onasum i, pernasus i,

A ante t breuis est: vt cyathus i, calathus i. Producunt vero acathes æ, pro lapide: aratus arati, aratrum aratri, egates insulæ. Et propria nomina in ates, vt phrates phraatis, cuphrates cuphratis, mithridates. Et denominatiua in atus, vt senatus.

A ante u, consonantem longa est. vt cadauer eris, papauer eris. Breuiant vero batauus a um, Patauiū ij.

**E** Ante b. breuis est, vt tenebræ arū, erebusi. Producunt vero corebus i, ephæbus i, perrebus a um.

E ante c, longa est, vt imbecillus a um, & à theca composita: vt bibliotheca, apotheca. Breuiant vero seneca æ, senecio onis, illecebræ arum.

E ante d, longa est: vt teredo teredinis. Breuiant vero Andromeda andromedæ, effedum effedi, lebedos di, macedo onis, peucedanum i. Tenedos di, vnedo onis. Et ab hedra cōposita, vt cathedra: sinedra: & à medeo (quod est impero) composita: vt Diomedes, & à cleos (quod est gloria) vt Empedocles.

E ante f, indifferens est, vt reperfacio is, calefacio is. Producunt vero venificus i, venifica æ.

E ante g, breuis est: vt elegia æ. telegonus ni. Producit vero cethegus i, aliqui diplithongo scribunt.

E ante l, breuis est: vt obelus i, sepelio sepelis. Producunt vero phaselus i, philomela philomelæ. Et derivatiua in elis. vt crudelis, & in ela, vt tutela. Cybele indifferentem habet.

E ante m, longa est, vt cremus i. Breuiant vero artemis, idos, id est diana, & ab eo composita, elementū i, ptolemæus i, tlepolæmus i, veliementis tis.

E ante n, producit, vt verbena æ. Breuiant armenia æ, ebenus i, helenus i, helena æ, iuuenis is, ingeniū ij, ingenius a ū, olenus i, orcomenos, porsena æ. Et cōposita à venio

## DE MEDIIS SYLLABIS.

ariminum i, discrimen discriminis, enthymema atis, opimus a, um, quadrimusa um, sublimis e. Et noia à verbis quartę cõiugationis in mē, exeuntia: vt à munio munis. munimen inis: à lenio is. lenimen inis. à farcio is. farcimen farciminis. Et quæ ex imen exeunt in entuni: vt vestimentum i, pauimentum i.

I, ante n. longa est: vt clandestinus a um, pachinus i. Breuiant vero accinus i. amineum i, apirinum i. arimnum i, asinus i, asine es oppidum. buccina æ. catina æ. circinus i. ciminus cimini mons & lacus Italiae, cominus aduerbiũ. destino as. dominus i. Eminus aduerbiũ. euphrosyne es. eleemosyna æ. fiscina næ. fuscina næ, fuscinus i. fœmina æ. frusino onis inquino as. Licinus i. nomen proprium viri. Lamina æ. machina æ. mutina æ. morinus a um. nundinae arum. pagina næ. patina æ. pampinus i. proserpina æ. protinus aduerbium ruspina æ. sasina æ. sarcina æ. sibina æ. statina æ. sophrosina æ. tacinus i. trutina æ. Et quædam nomina adiectiua ab aduerbijs temporalibus deriuata: vt crastinus a um. diutinus a um. hornotinus a um. pristinus a um. perendinus a um. serotinus a um. Alia tamen producunt. vt matutinus. vespertinus. Et à nominibus materiam significantibus deriuata: vt oleaginus a um, Faginus a um. tiliaginus. cerrinus. Et à nominibus colores & lapillos siue odores & vngueta significãtibus. vt adamantinus a um. amethystinus a um. amaracinus a um. amygdalinus a um. bombycinus a um. Bissinus a um. glaucinus a um. gausapinus a um. ianthinus a um. hyacinthinus na num. myrrhinus a um. prasinus na nũ. smaragdinus a um. sandicinus a um. ty ianthinus na nũ. crystallinus. crocinus. coccinus. carbasinus. Et quædã nomina græca in rinos. desinentia. vt carinos. oporinos. therinos. chimerinos

I ante p breuis est, vt demiphō demiphonis. antiphō antiphonis. producunt vero euripus euripi. Euripides tamē apud Sido. breuiat scriphos, colophuum colophij obstipus a um.

I, ante q longa est, vt antiquus a. um. vbiq. Breuiat

P 3 vero

LIBER V.

vero reliquus a um, siquila siquila, vndiq; vtiq;

I ante r breuis est, vt zephyrus zephyri. Producunt vero bufris bufridis, cercira cercira, camiros camiri, corcyra æ, colyra æ, collirium collirij, cypirus cypiri delirus a um, epirus epiri, ithyreus a um, magiros magiri, nifirus nifiri, papyrus papyri, podalyrius ij, sapphirus i, semiramis idis.

I ante s longa est, vt Anchises. Breuiant vero cythrus i, eliseus a um.

I ante t breuis est, vt digitus digiti, lechytus ti. Producunt vero aconitum i, architas æ, beritus i, catamitus i, cocytus i, coritus i, hermaplroditus i, idolothytum i, irrito as, lusitania æ, margarita ç, mauritania ç, pituita æ, parafius i, therfites ç, valetudo valerudinis. Et nomina græca in itis desinentia, vt phrenitis, nephritis, pleuritis. Et à nominibus proprijs virorum siue locorum deriuata in ites vel ita, pro masculinis, in itis p fœmininis desinētia, vt leuites vel leuita ç, leuitis idis: moabites vel moabita, moabitis idis. Et denominatiua in itus a um, exeuntia, vt auritus a um, turrus a um. Verba quoq; frequentatiua & nomina participialia, quæ formantur à supinis verborum quartæ coniugationis in itum, penultima lōga terminatis, vt dormio is dormitum, dormiro dormiras, audio audis auditum, auditus auditus. Seruitus tamen à seruiō seruis penultimam breuiat, & seruitium tij.

I ante u consonantem longa est, vt saliuæ saliuæ. Breuiant vero rediuuius a um, Niniue Niniues.

**O** Ante b breuis est, vt orobus orobi. Producunt vero Iacobus Iacobi, october octobris.

O ante c breuis est, vt colocasia. Producunt patrocinium patrocini, negocium negocii.

O ante d longa est, vt erodius rodij, Herodes Herodis, orodes orodis. Et nomina græca in odes finita, vt geodes, id est, terrenus, capnodes, id est, fumosus. Et ab ode quod est cantus, vt epodos. Ab hodos vero quod est via, composita breuiant, vt exhodus exhodi, perihodus

## DE MEDIIS SYLLABIS.

venio, vt aduena ç, & à genes (hoc est genus) vt archi genes, antigenes, diogenes, hermogenes, menogenes, origenes, proto genes. Et à sthenos (hoc est robur) vt anthi sthenes, calli sthenes, demosthenes, et à parthenos (qd est virgo) vt parthenius ij, parthenope partlienope us. & in mene, vel menes finita, vt climene es, nyctime nes, philopomenes is, periclemenes is, achæmenes is.

E ante p, breuis est. vt teleplus i. Producent vero asepus i, asclepius ij, iosephus i, præsepe is.

E ante q, breuis est. vt diequarti, diequinti.

E ante r, breuis est, vt cerberus cerberi. Producent vero abdera æ, austerus auster a austerum, chimera ræ. cythiera orum, cytheron onis. cyperus i. galerus i. homerus ij. Et à hieros composita, vt hiera æ. hierapolis is, iberus i, machera æ. megera æ. mysterium mysterij niceterium rij, panthera pantheræ. poderis ris. synce rus ra rum. trieteris idis. seuerus à um.

E ante s, breuis est, vt apelas apesatis. Hæresis. Producent uero carthesium carthesij, dicæcesis eos, galesus i, halefus i, Iesus, Lyrnelus i, milesius a um, marpesus i. magnesia æ, poësis is. synteresis is. & ab esus a um, composita: vt obesus a um.

E ante t, longa est: vt moretum moreti. Breuiant vero Amethistus sti, aretusa aretusç. chrysendetum ti, iapetus iapeti, lampetia. macetes macetæ, pharetra æ. pheretrum pheretri, piretrum i. phaeton phaetontis. phaetusa phaetusa. taygeta æ. taygetus i. triquetra æ, triquetrus a um. temetum temeti, venetus a um. vietus a um. Et denominatiua in etas desinentia. vt pietas pietatis, varietas varietatis. & ab arete (hoc est virtute) composita, vt paneretos i. aretalogus i.

E ante u, consonantē producitur, vt veseuus, Sucus.

**I**Ante b, breuis est, vt sensibilis e, alibi.  
**I**Ante c, breuis est, vt rusticus, Amycus n. p. viri. Producent vero amicus a ũ, apicius ij, apricus a um. aricia æ, caicus i, canicula ç, craticula æ, cuticula æ, cunçulus i, conuicium ij, cervical alis, equicolus i, febricula æ, formica ç, labicū labici, lectica lecticæ, lorica lorice.



## LIBER V.

*Iumbricus i, mirica æ, marica æ, mendicus a um, mere-  
 tricola æ, multicium ij, nascica æ, nouicius a um, Numi-  
 cius ij, palicus i, periculum i, posticus a um, posticus i,  
 pudicus a um, pedico pedicas, pediculus i, phœnicopte-  
 rus i, redimiculum i, rubrica rubricæ triuicus i, tibicen  
 tibicinis, tegeticula æ, vesica vesicæ, vmbilicus, vrrica  
 æ, vstica vsticæ vaticanus i, vtricola æ. Et à nice hoc est  
 victoria composita, vt polynices is, olympionices e,  
 Et nomina barbara in icus, vt alaricus alarici. Theo-  
 doricus i, Fredericus i.*

*I, ante d, breuis est, vt liuidus a ñ, cupidus a um, pro-  
 ducunt vero abydos i, accidalia æ, desidero desideras,  
 fastidio is, formido as, trucido trucidas, Et nomina in  
 do exeuntia, vt crepido crepidinis, cupido inis, formi-  
 do formidinis, libido libidinis. Et nomina patrony mi-  
 ca masculina à nominibus in eus, diphuhongon desirẽ  
 tibus vt à promethius promethides, à Tydeus ei, tydi-  
 des, Nam reliqua fere omnia breuiant, vt à priamo pri-  
 amides, à Nestore nestorides, ab Agamẽnone agomẽ-  
 nonides.*

*I. ante f, vnum reperio productum. Allifæ arum,  
 & ab eo deriuatum.*

*I, ante g, breuis est: vt litigo. producunt vero auriga  
 æ, caligo as, castigo as, fatigo as, fastigium ij. Et à fligo  
 is, composita, vt affligo is, infligo is, instigo as Lastry-  
 gones um, præstigiæ arum, salpyga æ, origanum i,  
 quadrigæ arum, vestigo as, vestigal alis.*

*Et nomina exeuntia in igo, vt caligo inis, Vertigo inis  
 vligo vliginis.*

*I, ante l, breuis est: vt massilia. producunt vero asy-  
 lus i. Asylum i, asylas æ. nomen proprium viri: apri-  
 lis is, ædilis is, crocodylus i, eriphile es, exilis e, massi-  
 lus a um, pamphilia ç, Petilia ç. quintilis is, sextilis is,  
 subtilis e, venilia ç. Et nomina neutra in ile, desinentia,  
 vt cubile, sedile. Et adiectiua à nominibus deriuata: vt  
 à puero puerilis: à sene senilis. Breuiant tamẽ ab humo  
 humilis, à pari, parilis, à dape dapilis.*

*I, ante m, breuis est: vt optimus a um. producunt vero  
 ariminũ*

## DE MEDIIS SYLLABIS.

hodus perihodi, synhodus synhodi.

O ante g brevis est. vt composita à logos, quod est sermo, vt theologus theologi, astrologus astrologi, aretalogus gi. Producunt vero ab ago, quod interpretatur duco, composita. vt pedagogus, isagoga, synagoga æ, paragoga paragoæ.

O ante l brevis est. vt asbolus li, soboles lis. Producunt vero ætolia ætolia, capitolium capitolij, cimolus cimoli, idolum idoli, Mediolanum Mediolani, pætolus li. Et à poleo (hoc est vendo) composita. vt pharmacopola æ, bibliopola læ.

O ante m longa est. vt amomum mi. Breuiant vero Sodoma, Salomon, Salome. Et à stomos composita, vt Chrysoftomus mi, & à dromos, vt catadromos. & à tomos, vt atomus.

O ante n longa est. vt corona, Bellona. Breuiant vero abrotonum abrotoni, aponus aponi, aufonius aufonia aufonium, coctonum coctoni, ger yones geryonis, hermione hermiones, mycone mycones. Et à gonos siue gone (quod est genus) composita. vt antigonus ni, erigone es. Et à phonos (quod est mors) vt Tisiphone es, Persephone es, Leontophonus i. Nã à gonia (quod est angulus) producunt, vt trigona figura. aut tetragona, pentagona. Et à phone (quod est vox) vt symphona, antiphona, aphonea.

O ante p brevis est. vt caropus, æsopū, rhodope. Producunt vero anthropos, asopus i, Aesopus i, canopus pi, conopeum i, crotopus pi, europa pæ, hyfopus i, iopas æ, metopon, pyropus pi, sinope es, sinopsis idis.

O ante r brevis est. vt pacorus. Et composita à choros, vt messochorus, philochorus. & ab agoreo (quod est mercor) vt pythagoras æ, anaxagoras æ. & à phoro (quod est fero) vt carpophorus i, doriphorus doriphori. Producunt vero aurora ræ, anthores is, cytorus tori, diores is, florus ri. Et denominatiua in orus ora orum. vt Decorus decora decorum. Odorus odora odorum. Et à doron, quod interpretatur palmus siue donum composita, vt Polydorus polydori. Theo-

LIBER V.

dorus theodori, Isidorus isidori. Et à moros, quod est fatuus. vt Sycomoros.

O ante s, longa est, vt Hircosus, dolosus, alofa. metamorphosis, metamorphoseos. Breuiant vero Ambrosia ambrosiæ, ambrosius ambrosij, theodosius sij. Et græca habentia o micron, vt Mnemosyne,

O ante t, longa est, vt ægrotus tatum. Breuiat vero à dotos quod est datus, composita, vt Antidotum ti, herodotus i.

**V** Ante b, breuis est, vt celuber, rutuba æ, delubrum i. producant vero ambubaia, anubis idis, saluber bris, solubilis, volubilis, à nubo nubis composita breuiant duo pronuba, innuba. Cõnubium vero indifferentem habet.

V, ante c, longa est, vt Eunuchus i, caducus a um. Breuiant vero Volucer cris cre, volucris volucris.

V ante d, longa est, vt hirudo hirusinis. testudo inis, Breuiant vero Dryuda æ.

V ante f, vnum reperio nomē proprium viri Cucufas, quod breuiat.

V ante g, longa est, vt falsugo ginis. ærugo inis.

V ante l, breuis est, vt annulus li, æmulus a um, producant vero Adulor aris, anulius ij, apulia æ, curulis curule, edulis edule, getula æ, peculium ij, torcular ris, tribulis bule. Et à bule, quod est consilium composita, vt trasibulus trasibuli, aristobulus aristobuli, cleobulus cleobuli.

V, ante m, longa est, vt acumen inis, alumē inis. Breuiant, Autumo as, aurumedon tis, columen inis, columella æ, documentum i, emolumentum i, Irrumo as, Incumo onis, monumentum i. Et a tumeco composita, vt contumax contumacis, contumelia contumeliæ.

V, ante n, longa est, vt Fortuna fortunæ. Breuiat vero albunea albuneæ.

V, ante p, breuis est: vt vpupa æ, centurupe rupes.

V, ante r, longa est: vt silurus siluri, ligurio is. Breuiant vero bituri orū, camarus a um, ceturio ceturionis.

lemures

## DE MEDIIS SYLLAB.

lemures lemurum, luxuria luxuriæ, mamurius mamurij, mercurius mercurij, purpura purpuræ, sabura saburæ, tugurium tugurij. Et verba desideratiua quæ formantur ab ultimo supino addita rio, vt ab esu esurio esuris. à partu, parturio is.

V, ante s. producitur: vt cerusa cerusæ. Breuiat brūdusium, blandusia, canusium, perusium ij, velusius ij, venusium ij.

V, ante t. longa est: vt cicuta cicutæ, præputium ij, confuro confutas, refuto refutas. Breuiant arbutus i, defrutum defruti, recutitus a, um, & à quatio quatis, composita, vt concutio concutis.

V, ante u. consonantem breuis est, vt diluuiū ij, exuix exuuiarum.

### ¶ De ultimis syllabis. Cap. VI.

**A** Terminalis longa est, vt ama, supra. Breuiant vero, ita, puta aduerbium, quia. Postea, indifferentem habet. Nominatiuus quoq; actūs & vocariuus v triusq; numeri, præter nomina numeralia inginta, desinentia, vt triginta quadraginta. Et à nominibus græcis in as, & in es, productas desinentibus, vocatiuus in a producitur, vt Aeneas ò ænea. Anchises ò anchisa. Nominatiuus quoq; à græcis plærunq; producitur, vt nemea nemeæ, tegea tegeæ.

E, terminalis breuis est, vt hoc mare, lege, legere. Producuntur vero accusatiui trium pronominiū, ego me, tu te, sui se. Et nomina græca fœminina quæ ad primam nostram declinationem referuntur, vt penelope in nominatiuo dariuo vocatiuo & ablatiuo. Et nomina græca pluraliter declinata, vt cete, tempe, mele. Et vocatiuus ablatiuusque à nominibus græcis terminatis in es, productam, quæ ad primam & tertiam declinationem latinam referuntur, vt Anchises ò Anchise ab Anchise, Vlyxes ò Vlyxe ab Vlyxe. Et ablatiuus singularis à nominibus quintæ declinationis, vt dies à die. Et genitiuus regularis quintæ declinationis in e vt dies die. Et secunda persona singularis præsentis imperatiui modi, secundæ coniugationis actiuæ vocis,

P § vt do,

## LIBER V.

**V**t doce, mone, aude. Et aduerbia illa, ferè ferme, quare, ne pro non, nã pro certe, vã pro hei. Sed hæc duo diphthongon habent. Interiectiones quoq; producuntur vt pape, ohe. Et aduerbia à nominibus adiectiuus deriuata, vt à pulchro pulchrè. Breuiant tamen à bono bonè, à malo malè. Et præpositiones è, de, producuntur.

**I** terminalis longa est, vt gummi, amaui. Breuiant vero nisi, quasi. Datiuus quoq; & vocatiuus græci in ï. desinentes à nominibus quintæ declinationis illorum quæ ad tertiam nostram referuntur, vt Palladi, Philidi, Priami, Pari. Mihi vero, tibi, sibi, ibi & vbi indifferentem habent.

**O** terminalis indifferēs est, vt ego, ergo, sermo onis amo as. Producent vero datiuus & ablatiuus singulares secundæ declinationis, vt dño à dño, & aduerbia datiuus similia vt falso, certo. Et nomina græca forminna in o desinentia, vt sapho, alecto, clio, & dictiones monosyllabæ, vt o, do, pro. Breuiant tamen cedo pro dic, cito, ilico, modo, duo, ambo. Gerundia vero datiuus & ablatiuus indifferenter desinunt.

**V** terminalis longa est, vt cornu, gelu.

**B** terminalis breuis est, vt ab, ob, sub. Barbara vero producunt, vt Iacob, Aminadab.

**C** terminalis longa est, vt hoc, dic, duc, sic. Breuiant vero fac, lac, donec, nec. Hic pronomen indifferēs est.

**D** terminalis breuis est, vt ad, apud, sed, illud, istud.

**L** terminalis breuis est, vt tribunal tribunalis. Producent vero nil indeclinabile, sol solis. Et nomina barbara, vt Baal, Michael Michaelis, Israel Israelis.

**M** terminalis ab antiquioribus breuis ponebatur, sed in vsu autorum aut abijcitur aut cum sequenti cõsonante vocalem præcedentem producit.

**N** terminalis longa est, vt pæan pæanis, non, quin. Breuiant vero, an, forsan, forsitan, tamen, in. Et ex iis composita, vt attamen, exin, dein, proin. Et nomina græca in on. finita. quæ ad secundam nominis declinationem latinam referuntur, vt Ilion ij, pelion pelij.



DE VLTIMIS SYLLABIS.

Matri longa decem tulerunt fastidia menses.  
 Obstupui, steteruntq; comæ & uox faucib<sup>9</sup> hæsis.  
 Posthabita coluisse Samo, hic illius arma.  
 Vnius ob noxam & furias Aiakis Oilei.  
 Ipsi<sup>9</sup> ante oculos ingens à uertice pontus.  
 Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion.  
 Egerim<sup>9</sup> nosti, & nimum meminisse necesse est.  
 Hi tibi momentum & gabios urbemq; Fidenã.

¶ Breues pro longis.

Italiam fato profugus lauinaq; uenit.  
 Exercet Diana choros, quam mille sequuta.  
 Troas reliquias Danaũ, atq; immitis Achilli,  
 Relligione patrum multos seruata per annos.

¶ Longæ pro breuibus. notauerunt autores in poetis  
 Vergil. maxime, quosdã locos quibus posuerunt sylla  
 bas longas pro breuibus, atq; ediuerso breues pro lō  
 gis, vt in Bucolic. Matri longa decem tulerunt fasti  
 dia menses. Nam per regulam superius traditam (hoc  
 est) E uerbum crescens alibi producit vbique. e pe  
 nultima producit, cum in carmine illa breuiatur.  
 Idem secundo Georg. Miscueruntq; herbas, & non in  
 noxia verba. Idem secundo Aeneid. Obstupui stete  
 runtq; comæ. Diomedes tamen autor est antiquiores  
 tertiam illam personam breuiasse, idq; confirmat Te  
 rentij autoritate in prologo Eunuchi scribentis. post  
 quam ædiles emerunt, sic enim proferendum esse di  
 cit, vt accentus sit in tertia à fine. ¶ Hic illius arma. il  
 lud i. ante us natura esse longum dicit, breuiare tamē  
 autoritate. Et idem dicendum de vnius & ipsius simi  
 liter declinatis. ¶ Nimbosus orion. o in prima breuē  
 posuit. cum sit natura longa. vt Ouidius secundo Fa  
 storum: Ensifer orion aspiciendus erit. Lucanus in pri  
 mo, Ensiferi nimum fulget latus orionis. ¶ Egeri  
 mus

## LIBER V.

mus nosti. Et de hoc paulo ante ex autoritate Probi & Seruij multa diximus. Urbemq; Fidenam. cum Fidenæ Fidenarum primam producant, vt apud Iuue. Viuat Fidenis vt vixit in agro. Atq; rursus: An Fidenarum Gabiorumq; esse potestas. Verg. 6. Aeneid. breuiavit dicens: Gabios urbemq; Fidenam.

Breues pro longis.

¶ Italiam fato. cum Italus primam breuiet. vt in septimo Aeneid. Antiqua ex cedro Italusq; paterq; fabinus. & Horatius secundo sermon. Prædia cæsar an est Itala tellure daturus? necessitate carminis producit, quia tres syllabæ breues non veniant facile in carmen heroicum. ¶ Exercet Diana choros. Diana que primam breuiat, siue dicta sit à die vt Cicero voluit; siue adiecta d. diana quasi iana ab eundo. Vergil. 7. Aeneidos. produxit dicens: Exercet Diana choros. Troias reliquias. cum reliquiæ dictæ sint à relinquendo, quod primam breuiat. Vergilius primo Aeneid. producit dicens: Troas reliquias Danaum. ¶ Religione patrum. cum religio dicta sit à religando, quod æque primam breuiat. Vergilius idem producit dicens: Religione patrū multos seruata panniōs. Et eodē modo de cōpluribus alijs, q̄ per autores sparsa reperies;

¶ De pedibus qui syllabis constant.

Caput VII.

**P**Es est sublatio ac positio duarum ampliùsve syllabarum spacio comprehensa.

¶ Duarum syllabarum pedes sunt quatuor.

Pyrrhichius constat duabus syllabis breuibus. vt deus furor, amor.

Spondeus constat duabus syllabis longis. vt montes, gentes, audi.

Trocheus siue Choreus constat ex longa & breui. vt tempus, corpus.

Iambus constat ex breui & longa. vt dies, amant.

¶ Trium syllabarum pedes sunt octo.

Tibrachus cōstat ex tribus syllabis breuibus. vt dñs.

Dactyl

## DE VLTIMIS SYLLAB.

Accusatiuus quoq; primæ declinationis à nominibus græcis in α, breui terminatis, & secundæ in οs. & tertiæ in is, vt Aegina æginan, menelaos menelaon, daphnis daphnin. Et nomina latina in en. desinentia, que mittunt genitiuum in inis. vt nomen nominis, fulmẽ fulminis. Et dictiones compositæ cum hac particula ne. interrogatiua quæ in fine abscinduntur, vt egon pro egone, viden pro vidēs ne?

R terminalis breuis est. vt Cæsar cæsaris. Producent vero far farris, par paris, nar naris, ver veris, iber iberi, cor cordis, fur furis. Cur aduerbium. Et nomina græca in er mittentia genitiuum in eris. vt ær aëris. Acther ætheris.

As terminalis producitur, vt æstas æstatis. Breuiãt vero græca mittentia genitiuum in adis vel ados, vt arcas arcadis vel arcados. Accusatiuus quoq; pluralis à nominibus græcis, quæ ad tertiam nostram nominis declinationem referuntur, vt arcas arcadas, menias menadas.

Es terminalis longa est. vt proles prolis, leges. Breuiant vero Es à sum es fui, cum compositis. Penes præpositio, seges segetis, tegetes tegetis, indiges indigetis, perpes perpetis, interpres interpretis, teres teretis, præpes præpetis, hebes hæbetis inquietis. Et mittentia genitiuum in itis vel idis, vt stipes stipitis. obses obsidis. Et pes cum suis compositis. vt bipes, tri pes. Et nomina græca quintæ declinationis, quæ ad tertiam nostram declinationem referuntur in nominatiuo & vocatiuo plurali. vt arcades ô arcades. peliades ô peliades.

In is breuiant, vt panis legis. Producent vero dis ditis. lis litis. samnis samnit is. quiris quiritis. glis gliris. pyrois pyroentis. simois simoentis. Et similia que per ei diphthongon à græcis scribuntur. Et græca mittentia genitiuum in inis. vt salamis salaminis. delphis delphinis. Et mittentia genitiuum in yos. vt tethys tethyos. erynnis erynnios. Datiuus quoq; & ablatiuus plurales primæ & secundæ declinatiōis. vt musa musis.

à mu

LIBER V.

à mussis. Dominus dominis à dominis. Et accusatiuus  
 tertiæ declinationis quando exit in is. vt omnis tris.  
 Vis etiam in uoninatio & genitiuo. Vis quoq; in se  
 cūda persona à volo, Velis quoq; & Nolis, & sis à sum  
 es fui. & sis à fio. Et secunda persona singularis præsen  
 tis indicatiui modi quartæ coniugationis, vt audis ab  
 audio. Venis à venio. Nescis à nescio.

Os terminalis producitur. vt ros roris, sacerdos sa  
 cerdotis. Breuiant vero os offis. Nam os oris produ  
 citur. compos cōpotis, impos impotis. Et græca quar  
 tæ declinationis desinentia in os. quæ ad secundam de  
 clinationem latinam referuntur, vt abydos abydi,  
 chaos chai. Et genitiuus græcus in os. vt tereus tereos  
 arcas arcados.

Us terminalis breuis est, vt dominus, amamus. Pa  
 lus paludis mediam habet. Producent vero tellus tel  
 luris, incus incudis, subscus subscudis. Et nomina mo  
 nosyllaba. vt grus gruis, thus thuris. Et quæ mittunt  
 genitiuum in utis. penultima longa. vt virtus virtu  
 tis. Et nomina græca mittentia genitiuum in un  
 tis. vel in odis. vt amatus untis. melampus melampo  
 dis. Et nomina quæ habent apud illos oy diphthon  
 gon, vt panthus panthu, Iesus Iesu. & genitiui synæri  
 zati à nominibus fœmininis desinentibus in o. vt sap  
 pho sapphus, manto mantus. Genitiuus quoq; singula  
 ris, & nominatiuus & accusatiuus & vocatiuus quar  
 tæ declinationis, vt manus manus, sensus sensus.

T terminalis breuis est, vt caput, amat.

Omnis syllaba in fine carminis aut profæ oratio  
 nis clausula indifferens est, quia lōga pro breui, & bre  
 uis pro longa inuicem ponuntur.

Dictiones barbaræ que accentu acuto in fine profe  
 runtur, in quæcunq; literã desinunt, vltimas syllabas  
 producent, vt Iacob, Iosepli, Alaric, Leonor, Enric:

¶ Longæ pro breuibus.

Pro breuibus longas posuerunt sæpe poëtæ.

Pro longis contra correptas sæpe dederunt.

Matri

## DE PEDIBVS.

- Dactylus** constat ex prima longa & duabus breui-  
 bus, vt tempora.  
**Anapestus** constat ex duabus breuibus & longa, vt  
 dominos.  
**Bacchius** cōstat ex breui & duabus longis, vt Athenę.  
**Antibacchius** constat ex duabus longis & breui, vt na-  
 tura.  
**Amphimacer** constat ex longa & breui & longa, vt  
 aureos.  
**Ampli-brachus** constat ex breui, & longa & breui. vt  
 amoris.  
**Molossus** constat ex tribus syllabis lōgis. vt Aeneas.  
 ¶ Quatuor syllabarum pedes sunt sedecim.  
**Proceleumaticus** constat ex duobus pyrrhichis, vt a-  
 biete, ariete.  
**Dispondeus** constat duobus spondeis, vt oratores.  
**Dichoreus** siue **Ditrocheus** constat duobus choreis si-  
 ue trocheis. vt cantilena.  
**Dijambus** constat duobus iambis, vt propinquitas.  
**Choriābus** constat ex choreo & iambo, vt nobilitas.  
**Antipastus** cōstat ex iambo & trocheo, vt medulina.  
**Pæon primus** constat ex choreo & pyrrhichio, vt tē-  
 poribus.  
**Pæon secundus** constat ex iambo & pyrrhichio, vt co-  
 lonia.  
**Pæon tertius** constat ex pyrrhichio & trocheo, vt ca-  
 ramitus.  
**Pæō quartus** cōstat ex pyrrhichio & iābo, vt celeritas.  
**Epitritus primus** constat ex iambo & spondeo, vt sa-  
 cerdotes.  
**Epitritus secundus** constat ex trocheo & spondeo, vt  
 conditores.  
**Epitritus tertius** constat ex spondeo & iambo, vt dis-  
 cordiæ.  
**Epitritus quartus** constat ex spondeo & trocheo, vt  
 audiuiſtis.  
**Ionicus à maiori** constat ex pyrrhichio & spondeo.  
 vt Diomedes.

Ioni



LIBER V.

Ionicus à minori constat ex spondeo & pyrrhichio, vt Demetrius.

¶ Quinq; syllabarum pedes sunt trigintaduo. Orthiuscōstat ex pyrrhichio & tribracho, vt aīa meā Periābus ex trocheo & tribracho, vt tempora tua.

Reliqui quoq; pedes qui ex superioribus componūtur, de quibus Diomedes multa. Est quoq; huius ordinis pes constans ex bacchio & iambo, appellaturq; Dactimus, de quo apud autores crebra fit mentio. De illo Ruffinus scribit, Rhetoricas pulcher structuras dochimus ornat. Principium Bacchius erit. Concludet iambus.

¶ De metris qui ex pedibus componuntur.

¶ Caput VIII.

**M**etrum ex pedum iunctura numero modoq; finita. Denominantur autem ab autoribus, vt alcaicum, archilochium, hipponasticum, sapphicum, alcaicum simonideum. Aut à materia, vt heroicum, elegiacum, lyricum, tragicum, comicū. Aut à pede frequentiori, vt iambicum, trochaicum, spondaicum, dactylicum, anapesticum. Aut à numero pedum, vt hexametrum, pentametrum, tetrametrum. Aut à numero syllabarum, vt tetrasyllabum, pentasyllabum, heptasyllabum, octosyllabum, duodecasyllabum.

Præterea aut deficit vna syllaba, & dicitur catalecticum, aut deficit duabus syllabis, & dicitur brachycatalecticum: aut abundat vna syllaba vel pluribus, & dicitur hypercatalecticum siue hypermetrū: aut neq; abundat neq; deficit. & dicitur acatalecticū. Qualia sunt omnia carmina regularia.

Constat præterea carmen vnico genere versus, & dicitur monocolon, vt Aeneis Vergilij, Metamorphosis Ouidij, Pharsalia Lucani: aut constat duplici genere versus, appellaturq; dicolon, vt Ouidij opera præter Metamorphosin. Tibulli quoq; & Propertij Elegiæ, & carmina sapphica mixta adonicis, & asclepiadea mixta glyconicis: aut constat triplici genere carmi-

## DE METRIS.

carminis, appellaturq; tricolon, vt quædam Odę Horatii poetæ.

Præterea carmen, aut est distrophon (hoc est, cum tertius versus primo similis est, & quartus secundo) vt in carmine elegiaco, quod ex distichis constat.

Tristrophon carmen est, cum quartus versus similis est primo, quintus secundo, sextus tertio, vt apud Prudentium in præfatione cathemerinon.

Tetrastrophon carmen est, cum quintus versus primo, secundo sextus, tertio septimus, quarto octauus similes sunt, vt in carmine sapphico quod per tetrastichis (id est, quaternos versus) digeritur.

Hexametrum carmen (quod etiam heroicum appellatur, constat dactylo & spondeo indifferenter, nisi q̄ in quinta regione frequentior est dactylus, in sexta vero spondens. In quo genere carminum scribuntur gesta heroum clarissimorumq; virorum, debetq; habere vnâ ex tribus cæsuris saltem, hoc est, penthemimerim, i. semiquinariâ, hepthemimerim, i. semiseptinariam, hemipenthemimerim, i. semiquinariæ dimidiâ, vt in hoc versu, Arma virûq; cano, Troiæ qui primus ab oris, Arma virum, hemipenthemimeris est, Arma virumq; cano, penthemimeris est, Arma virumq; cano Troiæ, hepthemimeris est. Quod si nulla harum trium cæsurarum interuenit, versus erit retorridus.

Pentametrum elegiacum constat primis duobus pedibus versus heroici (hoc est, dactylo vel spondeo indifferenter, & cæsura) tum duobus dactylis atq; iterû cæsura, vel potius syllaba terminans versum, vt Nil mihi rescribas, atramen ipse veni. Est autem cæsura syllaba terminans dictionē in medio carminis, q̄ cum post duos pedes carminis heroici venit, penthemimeris heroica dicitur. Iambica vero dicitur cū alteruter ex illis pedibus est iambus: vt apud Horatium in primo carminum: O mater pulchra filia pulchrior, vbi post spondeum & iambum sequitur cæsura.

Phaleuticum carmen, constat spondeo, dactylo & tribus trocheis, vt Passer delictum meæ puellæ.

Q.

Sapphi

## LIBER V.

Sapphicū, constat trocheo spondeo dactylo & duobus trocheis: vt Nocte surgentes vigilemus omnes.  
Adonicū, cōstat dact. & spōdeo, vt Dulciter hymnos.

Asclepiadeū, constat spondeo & duobus choriābis & pyrrhichio, vt Sanctorum meritis inclyta gaudia.

Glyconicum, constat spondeo & duobus dactylis: vt Hymnographus: Victorum genus optimum.

Pherecratum, constat spondeo dactylo atq; iterum spondeo, vt Horatius. Crato Pyrrha sub antro.

Phaliscum, constat vltimis quatuor pedibus versus heroici, vt idē: Aut Ephesum bimarise Corinthi.

Alcaicū constat spondeo, iambo, cæsura, & duobus dactylis, vt Horat. O matre pulchra filia pulchior.

Alcaicū alterū, constat ex luppio secundo siue epitricto, duobus choriābis & bacchio, vt idem Horat. Te deos oro sybarim cur properas amando.

Anacreontiū, constat choriābo & bacchio, vt Lydia dic per omnes. & sequitur, Te deos oro sybarim. &c.

Sapphicum alterum: hexdecasyllabum constat spondeo, tribus choriābis & pyrrhichio, vt Horat. Nul- lam Vare sacra viræ prius seueris arborem.

Archilochium constat parte versus heroici, quæ vocatur bucolice (hoc est primis duobus pedibus dactylo vel spondeo) deinde dactylo quo bucolicè clauditur: postea vero tribus trocheis: vt soluitur acris hyēs grata vice veris & Fauoni.

Dimetrum iambicum constat spondeo vel iambo indifferenter in primo & tertio loco, & iambo necessario in secundo & quarto loco: vt Iam lucis orto sydere deum precemur supplices.

Dimetrum iambicum catalecticum deficit vna syllaba superiori: vt Prudentius in hymno ante somnū. Adespater supreme.

Trimetrum iambicum archilochium constat spondeo vel iambo indifferenter in locis imparibus, hoc est primo tertio & quinto & iambo necessario in locis paribus, vt Martialis: Vir celtiberis non tacende gentibus, Videbis altam Liciane Bilbilim,

Trime

## DE METRIS.

Trimeter iambicū hipponacticū quod & scazon & choliabon & goliambō dicitur, eadem lege currit, qua & archilochium, nisi q̄ vltimi duo pedes permurantur: iambus pro spondeo, & spondeus pro iambo: vt Persius: Nec fonte labra prolui caballino.

Tetrametrū iambicū archilochiū constat spondeo vel iambo indifferenter in locis imparibus. In locis vero paribus iābo qualia sunt multa apud Plaut. & Ter.

Dimetrum anapesticū pindaricū cōstat quatuor pedibus, qui plerunq; sunt anapesti, recipit tamē & alios pedes, vt Seneca: Turbine magno spes sollicita.

Tetrametrum trochaicum archilochium catalecticū cōstat octo pedibus minus vna syllaba, vnde & catalecticū appellatur, habetq; in locis imparibus trocheum, in locis vero paribus trocheum vel spondeum indifferenter, vt scande cœli templa virgo digna tanto fœdere. Lustra sex qui iam peracta tempus implēs corporis. Quod si dixeris tempus implens corporale, erit catalecticum.

Alemanū dactylicū trimetrū hypercatalecticū constat tribus dactylis & semipede, vt Prudē. in hymno ante cibum: O crucifer bonæ lucis fator.

Partheniacum anapesticum dimetrum catalecticū constat tribus pedibus & syllaba, recipitq; in primis duobus locis anapestum, & spondeum indifferenter, in tertia autem semper anapestum, vt Prudentius in exequijs defunctorum, Deus ignee fons animarū.

Euripidium dimetrum catalecticū constat tribus pedibus & syllaba, qui omnes plerunq; sunt trochei; vt Prudent. in operis sui coronide. Dona conscientię.

¶ De accentu.

Cap. IX.

**A**ccentus nobis est: dicta prosodia Gręcis;  
Atq; tonus, quē Romani dixere tenorē;  
Accentus lex est: qua tendit syllaba sursum  
Vel qua deprimitur, vel qua signatur vtrunq;:

Q 2

Primus

LIBER V.

Primus acutus erit, quo syllaba surgit in altum,  
Rursus & ille grauis, quo syllaba pressa deorsū,  
Est circumflexus quo surgit deprimiturq̃.

**D**E Accentu. Caput. ix. Hucusq̃ disputatum est de quantitate syllabarum ( hoc est de illarum longitudine & breuitate ) nunc restat vt de syllabæ cuiusque altitudine & profunditate ( hoc est de accentu ) differatur . Imprimis igitur dicit aliquid de nomine, ( scilicet quod accentus est ) deinde quid est accentus, postea diuidit accentum in tres species . Exinde ponit regulas ad dinoscendos cuiusq̃ dictionis accentus. ¶ Accētus nobis, quod illa pars grammaticæ quæ à nobis dicitur accentus vel tenor: à græcis dicitur prosodia siue tonus: vnde latini appellauerunt illum tenorem autore Quintil. lib. i. Ab A. Gel. atq̃ ab alijs autoribus tum voculatio, tum nota vocis, tū nō deramentum nuncupatur. ¶ Accentus lex est, penit accentus diffinitionem ab antiquis autoribus traditam dicit quod accentus est certa lex vel regula ad eleuandam vel deprimendam, aut eleuandam deprimendâq̃ simul cuiusque particulæ orationis syllabam accommodata: ad eleuandam ( inquam ) cum acuitur ( hoc est sursum impellitur ) ad deprimendam, cum grauatur ferturq̃ deorsum, ad eleuandam deprimendâq̃ simul, cum syllaba circumflectitur ( hoc est eleuatur sursum & deprimitur ) sed simul intelligo eadem syllaba: non in eodem instanti, ideo dicit vel qua signatur vtrunq̃, i. eleuatur & deprimitur. Nam cum accentus circumflexus semper collocetur in syllaba longa, quæ ( vt diximus ) duo tempora consumit in prolatione: in priorî tēpore eleuatur: in posteriori deprimitur. ¶ Primus acutus, ex diffinitione superius tradita colligit tres accentus. Acutus est quo surgit in altum, id est acuitur. Et q̃ grauis accentus est, quo syllaba est pressa deorsum, id est deprimitur. Et quod circumflexus est q̃ syllaba surgit & deprimitur, id est, partim acuitur partim



## DE ACCENTV.

rim grauat. Alexan. dicit hunc accentū ab vsu recessisse: & indacit aliū græcis atq; latinis inauditum: itaq; autoritate sua tollit quod est, atq; esse debet, inducitq; quod non est, neq; esse potest. moderatum ipsum nouo nomine appellat, & à se primum excogitato.

Sed circumflexus & acutus dicitur esse Verborū accentus, Grauis est, quo syllaba cōstat, Quæ monosyllaba sit natura dictio longa Circumflectetur, Si non, profertur acute, Syllaba si duplex fuerit, suspende priorem: Quæ si natura longa est: curtaq; sequatur Circūflectēda prior est, reprimesq; secundam. Si polysyllaba sit uox atq; penultima longa. Natura, sequiturq; breuis, tunc flecte priorem. Si fuerit longa prior, & tunc longa sequatur: Est acnenda prior, quæ si breuis est, acuetur Antepenultima, Sed non semper regula seruit.

¶ Sed circumflexus. Dicit quod accentus acutus & circumflexus: dicuntur accentus dictionum. Grauis vero accentus syllabicus (ac si dicat) quod isti accentus dicuntur proprii, hic vero improprius. ¶ Quæ mono. Incipit tradere regulas de accentu: & est prima regula de accentu dictionum monosyllabarum quod dictio vnius syllabæ si est natura longa circumflectitur, vt mos ros. Et subdit quod si non (iubaudi) est natura longa, sed aut breuis aut longa positione, acuitur: vt sal gens. ¶ Syllaba si duplex. Secunda est, quod si dictio sit duarum syllabarum & fuerit vtraque breuis: aut vtraq; longa, aut prima breuis, & altera longa, prior illa acuitur vt deus, musq; dei. Quod si prior fuerit longa natura & sequatur breuis, est prior circumflectenda, vt musa in nominatizo & vctō. Suspēde priorem id est acue penultimam, Reprimes id est grauabis

secundam. ¶ Si polysyllaba. Tertia regula est, quod si dictio est trium aut plurium syllabarum, consideranda, sunt duæ ultimæ: & si vtraq; fuerit longa, prior accuetur, vt Romanos. Si prima longa & altera breuis: prior circumfleetur, vt romanus. Si vtraque breuis, aut prima breuis, & altera longa: transfertur in antepenultimam, vt animus animi. & subdit, quod hæc regula non viquequaque sunt veræ: nam aliquando patiuntur exceptionem.

Imprimis fallit, vt sit distinctio vocum.

Vt puta, pone, palā, porro, ergoq;, una, aliasq;: Quæ circumfleetur, sed & illa in fine acuuntur. Dictio præterea si sit conscissa, manebit Integre accentus in eadem sede locoq;.

¶ Imprimis fallit, dicit q; regulæ superiores fallūt primo distinctione (nec est differentia causa) ponitq; aliqua exempla in quibus autores differentia causa mutauerunt: accentus. vt puta, pro sicut ne putetur secunda persona imperatiui modi huius verbi puo putas acuit ultimam. Pone quoque ne putetur secunda persona eius se modi ab hoc verbo pono, etiā eandē acuit Palam præterea ne putetur accusatiuus ab hoc nomine pala palæ, instrumento rustico. Porro ne putetur datiuus aut ablatiuus ab eo quod est porrum porri, o lus notum. Ergo pro causa, ne putetur esse coniunctio illatiua, vt apud Vergilium sexto Aeneidos. Illius ergo venimus, quam Probus circumfleetur. Vna pro simul, ne putetur, esse vocatiuus generis feminini ab vnus vna vnum. Alias pro alio loco & tempore: ne putetur esse accusatiuus pluralis ab alius alia aliud, quod Priscianus dicit ultimam circumfleetur cum superiora illa in fine acuuntur. In alijs vero particulis in quibus autores non assignauerunt hanc accentus differentiam, nec nos assignare debemus. ¶ Dictio præterea, secundo fallunt regulæ superiores abscissione (hoc

## DE ACCENTV.

est) cum à fine dictionis syllabam abijcimus: manet  
 que accentus in eadem syllaba: in qua erat ante ab-  
 scissionem, vt in nominibus proprijs secundæ decli-  
 nationis terminatis in ius. quæ abiecta us. in voca-  
 tivo acuunt penultimam: quanquam eadem sit breuis  
 vt Vergilius ô vergili. Ouidius ô Ouidi. Volusius ô  
 Volusi. Quanquam Publius Nigidius referente Au-  
 lo Gellio libro secundo noct. atti. vir sui sæculi om-  
 nium eruditissimus putauerit in vocandi casu huius  
 ius nominis. Valerius primam accentu acuto esse  
 proferendam, quod quanquam non defuerint qui  
 irriderent, quis non malit cum Nigidio Figulo er-  
 rare, quàm cum omnibus grammaticis verum dice-  
 re? Eadem præterea ratio manet in illis nominibus &  
 pronominibus quæ antiquiores terminabant in atis  
 & ate, vt Arpinaris arpinate. Casinatis casinate. No-  
 stratis ate. Vestratis vestrate, pro quibus posteritas  
 fecit arpinas, casinas, nostras, vestras, accentu in vlti-  
 ma circumflexo, quemadmodum ante erat,

Cum coniunctiuæ uoces & præpositiuæ  
 Dissimulãtq; tonos sèper, semperq; grauentur.  
 Si postponentur, retinebit finis acutum.  
 Attrahit accentum uox attractiua prioris  
 Particulæ finalem acuendo, quattuor hæc sunt:  
 Cũ, q;, ne, ue, sed cum, si sit pronomine iunctũ,  
 Finales acuit percunctans, teq; rogansq;.  
 Hebreæ uoces plærunq; in fine acuuntur.  
 Nō tamē & semper, quia sæpe in fine grauãtur.

¶ Cum coniunctiuæ vo. Tertio deficiunt regulæ su-  
 periores in coniunctionibus & præpositionibus, in  
 quibus accentus dissimulatur & supprimitur, nam  
 quia partes orationis erant, debuerunt accentum  
 per se habere, quia tamen altera non tam pars o-  
 rationis erat quàm uinculum partium orationis, ai-

tera quasi articulus vel pro articulis noīs iusta quadā ratione illarum accentus particulis subsequentibus incumbit, cum illiſq; coaleſcit. Quod ſi poſtponantur, quoniam illarum natura ſit, vt ſemper præponi debeant, habent accentum in fine acutum. vt ſi dixeris, homo currit, me uetur igitur, & quod Vergilius dixit 1. Aeneidos. Errabant acti fatiſ maria omnia circum. ¶ Attrahit, quarto quod diſtiones attractiuæ quas græci vocant encliticas, id eſt, inclinatiuas, attrahunt ad ſe accentum ſyllabæ præcedentis diſtioneſ, eã demq; acuiunt vel potius circumſectunt. Sunt autem particulæ inclinatiuæ quatuor, cum, q; ne, ue. Sed q;, ne, ue, coniunctiones ſunt, cum vero præpoſitio, quæ contra naturam ſuam poſtpoſita, attrahit ad ſe accentum in quinq; tantū ablatiuſ pronominum, me cū, te cum, ſecum, nobiſcum, vobiſcum. De, q;, ne, ue, exempla ſunt in promptu. Vergilius. 1. Aeneidos. O qui res hominumq; deorumq;. Idē in eodem: Homines ue feræ ne. Idem ſecundo Aeneid. Dolopum ve exercitus omniſ. atq; ibidem, ſubiectiſ ve vrere flammis. ¶ Finales acuit. Quinto deficient regulæ ſuperiores in interrogatione: nam cum nulla diſtio latina in fine accentum habeat ( niſi ſit corrupta) vltimæ tamen ſyllabæ clauſularum ſuſpēduntur eleuanturq; in accentum acutum. Sed interrogationiſ ſpecies duæ ſunt, altera quæ dicitur percunſtatio: altera quæ uomine generiſ dicitur interrogatio: nam (vt inquit Auguſtinuſ quarto libro de doctrina chriſtiana) inter percunſtationem & interrogationem hoc intereſt, quod ad percunſtationem multa reſponderi poſſunt: ad interrogationem non poteſt reſponderi, niſi aut non, aut etiã vt ſi dixeris, Quis nouuſ hic noſtriſ ſuſceſſit ſedibuſ hoſpeſ? poſt percunſtationem multa potuerunt reſponderi: aut cum dixit, Aut quid in euerſa vidi crude liuſ vrbe? vnum tantum potuit reſponderi (hoc eſt) nihil. ¶ Hebrææ voceſ. Sexto deficient regulæ ſuperiores idiomate ( hoc eſt cum diſtioneſ peregrinæ cum ſua literaturâ tranſferuntur) peregrinaſ autem hoc lo

## DE ACCENTU.

co intelligimus hebraicas & græcas itaq; de hebraicis tradit primam regulam. Quod plerunq; (hoc est pro maiori parte) acunt vltimam, non tamen semper.

Id quod Alexander (deceptus forte) putauit,  
 Si casus græcos vsurpet sermo latinus,  
 Accentu græco talis vox est referenda.  
 Græca sit at si vox, sed declinata latine,  
 Accentus noster casus moderabitur illos.

¶ Id quod Alexander à Villa dei putauit. Quoniam complures acunt penultimam, & nonnullæ in tertia à fine acuntur. Nam quemadmodum in Repetitione illa quam fecimus nuper: pluribus est à nobis disputatum. quod dictiones hebraicæ: quæ in veteri ac nouo testamento continentur (nam de alijs in præsentiarum non curamus) non excedunt numerum quinque milium, ex quibus quadringentæ aut non multo plures acunt penultimam: tertiam vero à fine multo pauciores: sexaginta opinor: aut vt multum octoginta, quas licebit vt videas in suo loco. Sed quod de dictionibus hebraicis diximus: intelligendum est de illis, quæ non declinantur græca aut latina inflexione. Nam si græce declinantur: accentum quoque græcum habebunt: si latine, accentum latinum, vt ecce *Abbias*, si non declinetur, accentum habet in fine, si declinetur, græce *Abias abiu*, accentum habet in penultima: quia vltima est longa. si latine *Abias Abiæ*, accentum habet in antepenultima: quia penultima est breuis, sed de hoc in memorata repetitione plura. ¶ Si casus græcos. subiungit alteram partem de dictionibus græcis. dicitq; quod si ex declinatione græca latini aliquos casus vsurpauerint: necessario accētū græco sunt proferendi. Hæc regula ab omnibus in commune doctis pariter & indoctis recepta est: nondum tamen ab aliquo quod ego sciam, elucubrata: non tamen in præfata Repetitione pro virili nostra hanc partem enu-

Q 5      cleauimus



## DE ACCENTU.

eleuimus hoc in loco tantum admonuisse lectorē du-  
 ximus esse satis. Deinde subdit: quod si dictio græca  
 declinatione latina inflectatur accentu quoque latino  
 est proferenda. Esto exempli causa: lampas in recto  
 græca est simul & latina: sed à græcis in fine, à latinis  
 in penultima acuitur. In genitiuo lampadis latine ac-  
 centum in antepenultima, lampados græcè in penulti-  
 ma profertur. In datiuo quoque lampadi vltima lon-  
 ga, accentu in antepenultima profertur à latinis: sed  
 lampadi vltima breui, accentu in penultima profer-  
 tur à græcis. In accusatiuo præterea lampadem & lam-  
 pada, sed lampadem latine, lampada græce vtriq; suo  
 accentu proferunt. Vocatiuus similiter vt nominati-  
 uus. Ablatiuus, quia mere latinus est, accentu latino  
 tantum profertur. In plurali nominatiuo lampades à  
 Græcis es correpta terminatur atque proinde ab illis  
 accētū in penultima profertur. Latini tamen eandem  
 produciunt quare suo accentu, hoc est in antepenulti-  
 ma acuto enunciabunt. In accusatiuo plurali lampa-  
 des, quia casus mere latinus est: accentu latino profer-  
 tur. Lampadas vero: quia græcus græcum quoq; ac-  
 centum habebit hoc est in penultima. Sed de his ad suf-  
 ficientiam in Repetitione identidem repetita disse-  
 quimus.

# VOCABVLA

## RIVM INTRODVCTIONVM.

¶ Dictiones Græcæ & Latinæ quæ per artem  
sparguntur, in ordinem Alpha-  
betarium redactæ.

- A** Bacus i, por el aparador, o tabla para conrar.  
Abas antos, nomen proprium apud poëtas.  
Abax abacos, idem est quod abacus abaci.  
Abel filius Adam ex Eua.  
Abdera abdera, por vna ciudad de Thracia.  
Abderitanus tana tanum, cosa de aquella ciudad.  
Abies abietis, el abeto arbol peregrina.  
Abydos abydi, ciudad de Asia.  
Abies abietos, id est, non missus vel iniectus.  
Abraham, nomen proprium primi patriarchæ.  
Abramus abrami, por el mesmo patriarcha.  
Abrotonum abrotoni, yerua lombriguera.  
Abs præpositio retractionem significat, por sin.  
Academia academiæ, lugar cerca de Athenas.  
Academi academi, vir vnus ex heroibus.  
Acamas acamantos, interpretatur irrequietus.  
Achanthus achanti, interpretatur carduus.  
Achanthis idos, el sirguerito aue.  
Acarnan anis, hombre de Epiro.  
Acastos Pelix regis Argiuorum filius.  
Acidalia acidaliæ, por la diosa Venus.  
Accino accinis, por cantar a otra cosa.  
Accipiter accipitris, el gauilan, açor o halcon.  
Aceo aces, vel acefco is, por azedar se.  
Acer aceris, fuerte, o ingenioso, o agro.  
Acer aceris, por el azre arbol.  
Acetum aceti, por el vinagre.  
Acharis interpretatur sine gratia.  
Achates achata, nomen proprium viri & lapidis.  
Achemenes

VOCABVLARIVM.

- Achemenes** nis, vn rey delos parthos.  
**Acheron** tos, rio del infierno.  
**Acinus** i, por el grãno del razimo.  
**Acis** cis, nomen proprium viri, y rio de Sicilia.  
**Aconitum** i, por el rei algar.  
**Acras** odos. por el peruetano.  
**Acragas** antos, ciudad de Sicilia.  
**Acris** idos, langosta, o renueuo.  
**Acropolis** eos, la fortaleza de ciudad.  
**Acuo** is ui, por aguzar.  
**Acumen** inis, por el agadeza.  
**Acus** aci, por el aguja paladar pece.  
**Acus** acus, por el aguja de hierro.  
**Acus** eris, por granças de trigo.  
**Ad** cum accusatiuo locum & personam significat.  
**Ad** pro apud aliquando ponitur.  
**Adam** por nuestro primero padre.  
**Adamas** autis, por el diamante.  
**Adamantinus**, a, um, cosa de diamante.  
**Adamus** i. idem est quod adam.  
**Adeps** adipis, por la grossura no seuo.  
**Adhuc** es, por añadir a otra cosa.  
**Aden** enis, por la landrezilla.  
**Adigo** gis egi, por empuxar.  
**Adyta** orum, por el sagrario del templo.  
**Adimo** adimis ademi, por quitar.  
**Adipiscor** eris, por alcançar.  
**Admes** etos. interpretatur indomitus.  
**Adonis** adonidos amasius veneris.  
**Ador** adoris, por farro o iscandia.  
**Adoria** adoriae. por la gloria o paz.  
**Aduena** aduenaæ, estrangero o estrangera.  
**Adulor** aris, por lisongear.  
**Aduersus** vel aduersum, por contra.  
**Aeas** antos vir fuit & fluuius.  
**Aacus** i, Iouis ex agina filius.  
**Aedes** ium, por la casa o morada.  
**Aedilis** is, por el fiel o alarife.

## INTRODVCTIONVM.

- Aegeon onis. vnus ex gigantibus.  
 Aegeon onos nomen proprium pastoris.  
 Aegina  $\alpha$ . insula & femina.  
 Aegrotus  $\alpha$ grota  $\alpha$ grotum, por cosa enferma.  
 Aemon onis. vir à quo dicta est  $\alpha$ monia.  
 Aemulus  $\alpha$ um, passiuè, lo que se ha embidia.  
 Aenretes  $\alpha$ . vir simulator.  
 Aeneas Aene $\alpha$ . por el hijo de Anchises.  
 Aenygmatos interpretatur  $\alpha$ irpus.  
 Aeneis idos opus Vergilij.  
 Aequor oris, la llanura de la mar o campo.  
 Aerugo inis. por el moho de cobre.  
 Aes  $\alpha$ ris. Por cobre metal o moneda.  
 Aesopus i. por vn philosopho antiguo.  
 Aestas atis, por el estio parte del año.  
 Aestuas auj, por auer calor.  
 Aether eris, por el cielo o ayre.  
 Aethiops is. por el varon de guinea.  
 Aethiopissa  $\alpha$ ethiopiss $\alpha$  muger de guinea.  
 Aetolia  $\alpha$ . regio est in Epiro.  
 Actulia  $\alpha$  vna regio circa de Albania.  
 Afer  $\alpha$ um, cosa de Africa.  
 Affligo is xi, por derribar a tierra.  
 Agalma atis interpretatur statua.  
 Agamemnon nomen proprium viri.  
 Agamemnonides, el hijo, o nieto de aquel.  
 Agaso agasonis, el harriero o recuero.  
 Agathos interpretatur bonus bona bonum.  
 Agathocles rex fuit Siciliae.  
 Agea  $\alpha$ . por la tilla dela naue.  
 Age, agedum, agite, aduerbia para exhortar.  
 Agelipholis nomen proprium viri apud graecos.  
 Agis Lacedemoniorum rex.  
 Agya  $\alpha$ . interpretatur via.  
 Agito as auj, por aguijar, o acossar.  
 Aglaphon pictor nobilis est.  
 Aglauros vna ex filiabus Cecropis.  
 Aglis aglithos interpretatur spica spic $\alpha$ .

Agnos

## VOCABULARIVM:

- Agnosco agnoscis agnoui. por reconocer.  
 Agonalia agonaliorum. fiestas eran delos Romanos.  
 Agrippa agrippæ. el que nace de pies.  
 Ah interiectio est dolentis.  
 Aiax aiacis. nombre proprio de dos griegos.  
 Alacer alacris alacre. por cosa alegre.  
 Alapa alapæ. por la bofetada græce colaphus.  
 Alaricus alarici. por vn principe delos godos.  
 Alcman almanos. poeta fuit græcus.  
 Alcmcon almeonos amphiarai filius.  
 Alcymedon vir apud Vergilium.  
 Albunea albunee. vn bosque cerca de Roma.  
 Alea aleæ. qualquier juego de fortuna.  
 Ales alitis. aue o cosa que buela.  
 Algeo alges vel algesco algesces. por enfriarse.  
 Algius algi vel algius algius. por el frio.  
 Alecto alectus. por vna delas tres furias.  
 Alia æ. por vn rio de Italia.  
 Alibas alibantos vir apud Homerum.  
 Alibi aduerbium. por en otro lugar.  
 Allifæ allifarum. por vna ciudad de Italia.  
 Allifanus a. um. cosa de aquella ciudad.  
 Alipes alipedis. lo que tiene alas en los pies.  
 Aliphar aliphatos interpretatur vnguentum.  
 Allicio cis. atraer por lialagos.  
 Allido allidis. por herir vna cosa con otra.  
 Allobrox allobrogis. pueblos son de Francia.  
 Alosa alosæ piscis est qui græce thrissa.  
 Alopex alopecos interpretatur vulpes.  
 Alumen inis. por el alumbre.  
 Althea æ. meleagri mater.  
 Alueus aluei. por el vientre mas baxo.  
 Amaracus amaraci. amoradux yerua.  
 Amaracinus a. um. cosa desta yerua.  
 Amarus a. um. por cosa amargosa.  
 Amasis amasis. por vn rey de Aegyptio.  
 Amathus iuntis. ista del arzapielago.  
 Amazon amazonos interpretatur sine mamma.



## INTRODVCTIONVM.

- Ambo** ambæ ambo, por dos junta mente.  
**Ambrosius** ambrosij, vn santo deste nombre.  
**Ambrosia** ambrosiæ, por el artemisia yerua.  
**Ambulacrum** i, por lugar para passear.  
**Ambubaia** æ, muger que tañe flauta.  
**Amentis** ris por loco sin seso.  
**Ameutum** ti, por aniento como de dardo.  
**Amethystus** i, amethysto piedra preciosa.  
**Amethystinus** a, um, cosa desta piedra.  
**Ametor** oros interpretatur carens matre.  
**Amia** as, genus est piscandi.  
**Amicus** amici, por amigo en buena parte.  
**Amycus** amyci, vn varon deste nombre.  
**Amicus** a um, por cosa amigable.  
**Amydon** onis, ciubdad de Macedonia.  
**Amygdalus** li, por el almandro arbol.  
**Amygdalinus** a, um, cosa de almendras.  
**Amicio** is ui, por cobrir o vestir.  
**Aminadab** nomen proprium apud Hebræos.  
**Amineum** ei, vinum ex Campania.  
**Amita** æ, hermana de padre.  
**Arimon** onos, cognomen est Iouis.  
**Amithaon** onos Creti filius, Melampiperæ.  
**Amnis** is, rio que siempre corre.  
**Amomum** amomi, vnguento oloroso.  
**Amonita** æ populus Palestinæ.  
